dixeris, δύναμιν, hoc ē vim, potentiam, et facultatem, plurima & in logicis libris & in toto philosophię negocio, significaī posse. Interdum. n. Animæ facultatē indicat, quo modo potētiam dicimus auditiuā, olfactiuā, visiuā, et in cęteris eodem modo. Est & naturalis vis propēsioue ad aliqd facile, aut difficile agendū, & patiendū: quam eo nomine vocat in Cathegorīs cap. de quali: cui opponit ἀδυναμία, hoc est īpotētia. Est & rō quædam in prima materia à priuatione, forma & ipsa quoq; materia diuersa, quā sępius nominat in. 1. lib. Phy. auditus. Est & vis mouēs, siue orbes cœli, siue Elementa, siue ex elementis condita, q̄ & in corporibus, & in anima reperiri pōt. Item potentia est, ī quali, in substātia, in loco. Hęc eadē dr̄ Natura, consuetudine et disciplina. Itē rōnis compos alia, vt Medici facultas: alia rōnis expers, vt ignis ad calefacien dū vis. Hęc quoq; vel propinq̄, vl̄ remota rei eē dr̄, finita, & īfinita, actū attīgēs & ñ attingēs, Naturalis et Mathematica, ad vnū, & ad contraria, separabilis à re, et nō separabilis, Naturalis & Artificiosa, Actum antecedens & cōsequens, Actiua & passiua, fm essentiam & ex accidente, materialis & spiritalis, q̄ oēs significatiōes ab Arist. suis in locis vsurpari solent. Exēpla ommitto, ne ab īstituto meo lō gè absim: qm̄ breuitati, quo ad fieri potest magnopere studeo. Hoc in loco potentiæ nomen audias pro re, actui contraria. nā, cū alibi dixerit, hoc est in calce libri de Interpre. potētiā aliam ab actu distīgui, aliam cum actu semp eē cōiūctā, cuiusmodi est cœli vis & potestas vt moueaī, nunc tñ eā pro re actui cōtraria intelligit, est aūt eorū cōtrarietas, q̄ ad aliquid dicitur. Deinde vero addēdum est, hāc actus & potentiæ oppositionē esse in omnibus Cathegorīs, tum etiā videnda sunt, quæ ab Aristo. de facultate, potestateue scribūtur in Metaphysicis lib. 5. capi. περὶ τῆς δυνάμεως. Est & actus qui ab Arist. vocatur ἐνέργεια, multiplex, nam alius primus, alius dr̄ secundus, item potestatē consequens & antecedens, vniuersalis et particularis, corporis & animę, semp existēs, & cessans, perfectus et imperfectus, bonus & malus, finitus, & īfinitus, Naturalis & artificiosus, in substātia et in accidētibus, Materialis et Spiritalis, quorū vsus magnā atq; uberē tibi copiā rerū suppeditabit alīs in locis. Interdū vero qd̄ à nostris dr̄ Act⁹ ab Aris. nō amplius appellaī ἐνέργεια, sed ἐντελέχεια, hoc est pfectio, siue perfectionis habitus. Hermolaus ficto nomine ausus est, transferre, perfecti habia: verū hæc & in Physicis et in libro de Anima, accuratius disquirere oportet, nobis vero sat sit animaduertisse locum.

TEX. XL.

TEX. XL.

a Petitionibus,aut ſuppõnib⁹, aut propõnibus.] *αἰτημάτων ἢ ὑποθέσεων, ἢ προτάσεων*] Arg. [poſtulationibus,ſuppoſitionibusve, aut propoſitionibus.] Alĩ [poſtulatis aut hypotheſibus, aut propõnibus.] vel etiã [petitis,aut ſuppoſitis,aut enũciatis.] Nam cum oĩs demr̃atio ex his conſtare poſsit, iure quodam ea colligit vniuerſa, ne reprehendi poſsit, ea ratio quę ait potiorem eſſe demr̃onem affirmantem ea quę negat. Hinc etiã caue ne decipiare ex particula ἢ, quę vel,latinis ſignificat,quaſi quòd ita dixerit,vt petitio et ſuppoſitio minus videantur eſſe propoſitiões. Nam quòd hęc ſint propoſitiones docuerat ab initio huius lib. At per propoſitiones, eas intellige, q̃ non ſunt de genere principiorũ, vti ſunt petitiones & ſuppoſita. Hæc.n. principia ſunt: uerum extant et propoſitiones in omni genere Artium,ac doctrinarum, quas nec poſtulamus, neqs item ſupponimus, ut in Geometria, trianguli conſtitutio ſuper data linea. & in Naturali philoſophia, Materia priuatiõi cõiuncta eſt, & in logicis demr̃atio,cõſtat ex neceſſarĩs, vel aliud his ſimile. cur vero *θέσιν*, hoc ẽ poſitionẽ, vel etiã *ἀξίωμα*,hoc ĩ loco prætermiſerit,ea ratio reddi poteſt, q̃ poſitio genus eſt petitiõis, & ſuppoſitionis,itaqs in his cõcludi videtur: proloquiũ vero omnino dereliquit,ob id q̃ poteſtate non actu demr̃ationẽ ipſam conſtituit. Quidã nõ poſtremæ notæ viri,eius rationem expetunt cur Ariſt.in hoc et ſequenti theoremate,ex altera parte,hoc eſt vera argumenta collegerit, cum tamen ille in ſuperiori, more dialectico ĩ vtramq̃ partem differuerit. Sed ſi diligẽter rem totã expenderis,cognoſces,Ariſto.in re clara atq̃ dilucida,torquere noluiſſe ingenia tot argumentis in vtramq̃ partem adhibitis, id enim artificĩ, ac iudicĩ inopiam indicat repertisſime: verum agens de demonſtratione vniuerſali ac particulari, id prętitit,cum ob eius rei momẽtum,tum etiam ob propoſiti negocĩ ambiguitatem: nam quęſtio iure fit, vtrum vniuerſale antecedat id quod eſt in parte, an potius ſubſequatur. de hoc enim diu multumq̃ dubitatum eſt,apud veteres & ab ipſo etiam Ariſtot. dubitandi vero cauſa nulla extitiſſe, niſi id ex ſui natura fuiſſet ambiguũ.

a Aucta demonſtratione.] *αὐξανομένης τῆς ἀποδείξεως*] Argyro. [Cum demonſtratio accreſcit.] vel etiã [producta demonſtratione] Eſt enim producere demõſtrationem, ſiue eam augere, (quod ſcribit in ſecundo libro Priorum Reſolutoriorum) vti illa ratiocinatione, quę dicitur *προσυλλογισμὸς*. Id autem fit, vbi ſyllĩ aſſumptiones iniecto medio, cõcludũtur, ſic

ſic.n.rōcinatio accreſcit: quo fit vt proſyllſus dici poſſit, multiplicata ratiocinatio.

b Et credibili⁹] ἢ πιστότερον] Arg.[magiſq; creditur] vel ēt, [& credibile magis.] ſi quis hebeti penit⁹ ingenio nō fuerit, facile agnoſcet veſtigia Ariſtoteli cæ diligentię, quę nil caſu aut temere proponit. Cū.n.ille velit ad cognitionē pertinere fidē cognoſcētis, hęc nil aliđ ē, q̄ rei cognitę, aſſenſio, hinc eſt q̄ argumēta ad fidē faciendā adhibentur, ob eā cām aſſuetus eſt conjungere verbo illa cognoſcere & credere, ſic enim & ab initio huius libri ſcriptum fuit, πιστεύειν τε καὶ εἰδέναι, hoc eſt credere & cognoſcere, in hoc etiā loco, eadem vſus diligentia, πιστότερον, dixit, vt habeat fundamentū rationis, ab eo ductū, qđ & notius eſt, & credibile magis. Nā quędā eſt cognitio, quæ fidē rei cognitę nō facit, quæ & imbecilla ē, & vix cognitio vocāda, cuiuſmodi eſt, q̄ à fallacibus rōcinationibus vel ēt ſolubilibus efficit coniecturis. Itē et quę cōponatur in nobis ſciētia, exēplis, diuiſione, ac oſibus his argumētis, in quibus ſubeſt petitio principi⁹. Fides aūt ex rōcinatione parta, primū locū obtinet in Demſrone, deinde verò et Dialectica rōne, ac poſtremò, in inductiōe. Orator vero, Exēplis & Enthimematibus fidē facit, quod Ariſt. abunde docet in primo lib. de ratione dicendi.

A D impoſſe ducente.] τῆς εἰς τὸ ἀδύνατον ἀγούσης] alī[ducē te ad incōmodū] vel [ea q̄ ad illud qđ fieri nequit, cōducit] eorū qui proprietatē & naturā rerū diligēter animaduertant, magna vnquā copia nō fuit, plurimi tñ ſemp ſunt habiti, q̄ rerū cognitionē cōſequi deſyderārat. Induſtria tū & iudicio eſt op⁹, quo maxīe eē hoc, egemus hoc in loco. Cum.n.humanę actiones, interdū recta, nonnunquā vero flexa rōne fiāt, eodē fermè pacto, & ipſa mēs atq; intelligētia in nobis, q̄cunq; oſtēdit, aut recto, aut obliquo ducta oſtendit. Hīc ſyllſorū orta partitio ē, quę ait, alios extare rectos, q̄ Categorici, ſiue oñſiui à noſtris dicunt: alios itē q̄ obliquo flexu ad incōmodū ducant: de q̄bus oſibus ample Ariſt. diſſerit hoc in loco: ac longe vberius lib. ñ. Priorum Reſolutoriorum.

Si oporteat monſtrare q̄ A. ipſi B. nō ineſt, accipiēdū ineē] εἰ δέοι δεῖξαι ὅτι τὸ Α τῷ Β οὐχ ὑπάρχει, λητέον ὑπάρχειν.] vel ſic [ſi opus fuerit oñdere A. ipſi B. non ineſſe, ſumēdū eſt ineſſe] neminē latet, ex his verbis indicare initiū demſronis q̄ ducit ad abſurdū. Cum q̄ accipiat B. nō eſſe A, quę ſanè propoſitio ſdefinita eſt, pōt q̄ vel vſis fieri, vel ſ parte, ob id iure ea ſtatim orīt ambiguitas, nū eā voluerit de re vſi, an potius ſm partem. id vt diligentia quadā conſequi poſſis,

b

possis, teipsum ad Philoponi cōmentaria recipias, necesse est, q̄ non tā subtili rōne, q̄ accurate, Arist. ab iniquis reprehēsionibus defendit. locum tantum ostēdi.

6 Natura autē prior.] φύσει δὲ πρότερα] vel [fm aūt naturā p̄cedit:] vtcumq; dixeris, nil grauiꝰ ac eruditiꝰ dici poterat hoc uno q̄ assūptiones natura pores sunt cōclone. Nā cā, re ipa omni no prior est, q̄ à causa proficiscitur, cū vero assumptiones cā sint siue materiales, terminorū rō-
c nie, siue efficiens, ob medĭ cōplicationē, in illis cōtenti, inde efficitur, vt natura sit prior assumptio q̄ cōclusio. Sed et diligēter notato, assumptiones eē notiores cōclusionibus in veris argumētis, in q̄bus à veritate antecedētis, ad cōfirmationē cōsequētis procedimus. In falsis vero rōnibus, contraria vice vtimur, etenim cū ex mēdacio cōsequētis, velimus interimere antecedēs, à cōclusione ad assumptionē tē dimus, indeq; minime fit, vt assumptiones sint notiores cōclusione, sed cōtrà potius, cōclo & notior est, & cōclone euidētior.

a Aut totū ad partē, aut partē ad totū] ἢ ὅλον πρὸς μέρος, ἢ μέρος πρὸς ὅλον.] idē Arg. atq; alĭ. Quocirca in versione nulla vis. sed adhibita cōsideratiōe, illud nō prętermittes, solere Aris. vle totū dicere, partē vero singulare. Id ī initio lib. primi de naturali auditu facile pcipies, sed & in superioribus agēs de postula tis et Hypothesibus, inquit Ετι τὸ αὔτημα ϗ ἡ ὑπόθεσις, πᾶσα ἢ ὡς ὅλον, ἢ ὡς ἐν μέρει.] hoc est, p̄terea postulatio ac suppositio oīs aut vt totū, aut vt inparte] q̄d idē est, ac si dictū fuisset, aut vlis est, aut secundum partem.

TEX. XLII.

Certior aūt scientia] ακριβεστέρα δὲ ἐπιστήμη] Arg. non inepte [exactior aūt scīa] alĭ [accuratior aūt scīa.] vel ēt [exquisita magis scīa] Crebra sunt oīno exēpla ex q̄bꝰ videre vnusq; facile pōt, scīam scīa p̄stabiliorē esse: nā q̄ exacta magis ē, ea omnino aīs anteire vī. Est aūt hæc exactio, siue ēt certitudo vocet, potissimū in mathematicis, deinde & in alĭs plus, minusue p rata portiōe, distīcta. Id ex Aristo. cognosces lib. ĭ. Metaphysī. Quo ī loco, has disciplinas vult esse exactissimas, ob accuratam rōnē demōstrandi. Sed &. 1. lib. Ethic. τὸ ἀκριβές, hoc est certā et exquisitā siue dicendi, siue docēdi rōnem, vult in scientia de moribus, esse eligendum. a

Et prior.] ϗ πρότερα] vel ēt [et antiquior.] cū. n. priꝰ aliud natura, aliud tēpore dicatur, vt docuit in fine operis Cathegoriarū, hic nō de eo q̄d tpe prius est, intelligas, sed natura. Nā cū scientias inter se cōparauerit, ex ipsa exq̄sita rōne demōstrandi, nūc eas cōponat, ex potiore subiectorū rōne. In qua cōparatione diuina sapiētia, q̄ grēcis θεολογία est, subiecti p̄stantia cęte b

reo

ras omnes disciplinas anteire videtur: quemadmodum in alia, Mathematicæ excellere dicunt.

Quæ ipsius qđ & pp quid eadē] ἥτε τὸ ὅτι, καὶ διότι ἡ αὐτή.] vel [quæ ipsum qđ, & cur sit p̄stat, eadem] locum hūc à plurimis non intellectum, declarant rationes illorum qui dicūt, simpliciter scientiam ἁπλῶς vocatam nō fuisse alicubi à scientia, διότι, separatā, hoc est, propter quid: quòd si seiunguntur, (vt illi inquiunt) sola ratione separantur. Nunc autem contrariū docet, scientiam, quæ duo hæc, q̄p & propter quid cōiungit, potiorem esse ea quę seorsum alterum, vel alterum præstat. Quocirca demonstratio simpliciter, quę duo illa absoluit ὅτι, et διότι, hoc est, quod & cur res sit, necesse est vt ab ea differat, q̄ vel quod, vel propter quid tantum p̄stat. ex oppositione] ἐκ προσθέσεως.] Argyrop. [ex additione] vel etiā [ex adiectione] aut item [ex accessione] est autem πρόσθεσις, hoc in loco adiectio illa, quæ fit à positione, quā θέσιν, vocat, vel ab alia quauis re, quæ simplicitatem cuiuspiam rei imminuit. Nam punctū hoc differt ab uno, q̄illud positionē habet, hoc vero non habet. Collige Accessionem hic esse compositionem, non autem magnitudinem q̄m punctū & vnitas, simplices res sunt, hoc est indiuiduę, & initia aliorum, hoc discreti quanti, illud cōtinui: prę terea significat additionem siue materiei, siue alterius quod materiā sequatur: id Philoponus erudite admodum ostendit, mutato exemplo Aristo. sumptoq; alio, nempe Sphæræ. Nā sphęra definitur à Theodosio, itē & ab Autolico, sed ab Altero sine vlla adiectione, nempe à Theodosio: ab altero vero, hoc est ab Autolico, cum appositione motus, qui materiā omnino sequitur.

TEX. XLIII.

VNA autē scientia.] μία δ' ἐπιστήμη] Aliud est theorema, illustri fama probatum, quod de scientiarū vnitate passim nostri homines appellant. Quia vero vnum & plura opposita ex rei natura sunt, oppositorum vero eadem est disciplina, ob id agēs de scientia vna, agit & de ea quæ est altera atq; altera: quamobrē theorema hoc non solū de scientiarū vnitate dici debet, sed de vnitate potius, ac multitudine earundem. Indicat hoc vnum quod paulo post addit, dicens, [ἑτέρα δὲ ἐπιστήμη ὄζιν] hoc est, [altera autem scientia est.] quo fit, vt iure dicere possis Theoremata hucusq; explicata, cōtrarijs nominibus fuisse proposita, quoniam primum Theorema, Sermonem habuit de demōstratione vniuersali & secundū partem: secundum demonstrationem cōsiderat affirmatiuam & negatiuam tertium, Cathegoricam & ad incommodum: quartum

tum, ſcientiæ maiorem, minoremue certitudinem, et antiquitatem, quintum vero vnitatem & multitudinem ſcientiarū cōplectitur. Vult autē ſcientiā dici vnam, vnitate eius qđ τὸ γένος, & etiā ὑποκείμενον, appellat. Sed ſubiectū hoc in loco nō pro materia communi ītelligas (hęc enim nihil diſtinguere, neque certū vnum quippiam efficere poteſt) ſed propriā audias, quam cōmunis vſus ſubiectū, cum ratione formæ coniunctū, accipere ſolet. Nam corpus humanum, communis eſt materia Phyſici ac Medici, ſi vero ipſum mobile dixeris, aut quod ſanari poteſt, iam propriā Philoſophiæ vel Medicinę materiam enuncias. ſcientiæ itaq; nō ſunt vnæ ex ſubiecto, quod materia cōmunis eſt, ſed ex eo quod eſt forma propria cōtractum. Adde genus, quod ſubiectū eſt proprie, eſſe in diſciplinis contēplatiuis tantum, non autem in Artibus. Quoniā Alexan. & Hammonius vbiq; teſtati ſunt, Artes habere ὕλην, hoc eſt materiam, ſciētias vero ὑποκείμενον, ideſt ſubiectum, vt vero Artis materia non niſi vna eſt, ſic et vnum exiſtit tantum ſciētiæ ſubiectū. Porrò, vt ſubiectum ſit ſcientię, tenet inqt Ariſt. habere Prima, hoc eſt principia, Partes, & Affectiones. Verum Hammonius in commētario cathegoriarum addebat ſubiectum eſſe rem per ſeſe, non autem animi cogitatione, intellectióneve. Quod cùm verum ſit, iam ſatis cōſtat non extare in facultate hac logiea verum ſubiectum: nam hæc de animi notionibus tantum pertractat, quæ vix dici res poſſunt. Subiectum itaq; habet Philoſophię pars cōtemplatiua, iccirco q̄ res ī ea cognoſcūtur, ſolidæ inquā & per ſeſe conſiſtentes. Cuiuſmodi res ſunt naturales, diuinæ, ac mathematicæ. quæ θεωρίαν, faciunt, hoc eſt certam diuinarum rerum inſpectionem. Nā θεωρεῖν, eſt res diuinas inſpicere ac contemplari, authore Alexan. in præfatione lib. Priorū. Moralis vero ſcientia, res habet ſubiectas, ea q̄ ex nobis fiunt hominibus, quocirca cū diuinę dici nequeant, non faciunt Theoriam. Eſt itaq; ſciētia una, ex ſubiecto, quod ita res eſt, vti expoſuimus.

Ex primis componuntur.] b ἐκ τῶν πρώτων σύγκεινται] vl̄ [ex primis condita ſunt] ſignificat hoc in loco, ſubiectum genus ſcientiarum cōſtare ex primis, hoc eſt principiīs. Nam τὰ πρῶτα, ipſa ſunt principia. Verum diligēter illud animo reuolues, τὰ πρῶτα, alia eſſe prīcipia ſubiecti, alia ſcientiæ, alia demōſtrationis, alia rei. Quomodo, (vt ab hoc extremo ordiamur). Elementa ſunt principia rerum permixtarum. Principia ſubiecti in ſciētīs ea ſunt, q̄ ſubiectū conſtituunt, uti ſunt Materia & Forma, ī Philoſophia Naturali principia

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

principia demr̃onis ſunt aſſum ptiones qbus cõcluſio colligit. Principia ſcię, ſunt propõnes ip ſę certiſſimę, à qbus initiũ ſcien tia deſumit, quas Ariſt. ĩ initio huius operis appellat ἀξίωμα, θέσιν, ὑπόθεσιν, ὁρισμὸν, —— hoc eſt, dignitatẽ, poſitionẽ, ſup poſitionẽ, definitionẽ: adde & poſtulatũ, qđ & ipſe Ariſt. paulo poſt adiecit, ſub eo nomine, αἴτημα, quãquã ſcĩæ principia, ẽt eadẽ eẽ pñt et demr̃onis. Quę principia noſtri appellãt, initia doctrinę, et cõplexa, idq; nõ incõmode, qm̃ & ſcię doctrinam p̃parãt, et affirmãdo vel negando verũ dicunt, vna definitiõe excepta, quã, ὅρον, iccirco appellauit, qm̃ ad ſimplicẽ rei ptinet intelligentiã. Hoc vero in loco de ſubiecti generis principiis dictũ illud intelligas: vtrũ vero et principia ipſa, doctrinę cã inuẽta, ſint hic audiẽda, in cõmẽtariis noſtris diſſeremus vberius, nunc aũt ſat ſit, te monuiſſe tm̃. Vt autẽ labore & induſtria hac noſtra, quãtumuis ſterili & exigua, geſtiãt ſtudioſi, ineũda nobis rõ eſt, ut ὁμωνυμίαν, hoc eſt multiplicẽ rõnem huius vocis, q̃ eſt, ſiue τὰ πρῶτα, ſiue αἱ ἀρχαὶ, q̃s breuiſſime explicemus. Interdũ prĩcipiũ ſeu primũ, qđ magis ẽ cõe q̃ſit, τὸ αἴτιον, hoc ẽ cã: ſicq; & cãm ſignificat & initiũ mutationis: nonnunquã tñ idẽ prorſus dicunt, quo mõ Elementa & cãę & principia appellari pñt. Principia alia rei ſunt, vti Materia & Forma, alia extrinſecus adueniũt, vt efficiẽs, ac Finis. Alia Artis, alia Naturę, alia Cõſultationis, Electionis, Negociationis, Actionis, & Diſciplinæ. Principiũ in ſignificatione ꝓpria, eſt cã ipſa efficiens vocata: q̃d Alex. docuit in Phyſicis, græcis alĩs referentibus, authoribus. Principĩ nomẽ eminẽti ſignificatiõe, Deo cõuenit: q̃ ſignificatio ſuũ eſſe cõtrariũ admittit, qđ in alĩs rebus minime vſu venit: eſt. n. Deus principiũ ac Finis: ſed in cæteris hęc nomina ſeſe veluti contraria feriunt. Principiũ, interdũ eſt initiũ, Motus, Tẽporis Numeri & Magnitudinis, & ſi magnitudinis, pũctũ eſt, Numeri vero Vnitas. Rerũ vero principiũ eſt ſubſtãtia. Actionis cuiuslibet principiũ, eſt reſolutiõis vltimum. Cogitandi principiũ eſt rei cuiuſcũq; finis. Adde et principiũ aliud eẽ vi, aliud naturę propẽſione agens: itẽ aliud generandi aut cõſtituendi quippiã, aliud vero intelligendi. principiũ eẽ pro opifice ſummo, quẽ δημιουργόν, vocat Plato intelligit in Timæo, pro ideis in Parmenide. Collegi ſummatim, haſce ſignificationes, ceu ſummos rerũ flores, ne multarũ aliarũ ſnĩarum enumeratio, fructum & vtilitatem ſtudioſorum retardaret.

Et partes ſunt] καὶ μέρη ὄντων] illud μέρη, hoc eſt partes, eas audias, q̃ vniuerſum ſubiectũ in multitudinẽ diuidunt. Exẽpli cã,

eã, Numerus ſubiectũ ẽ vnum vnius Arithmeticæ, habetq; partes binariũ, ternarium & alios. Sicq; in cæteris diſciplinis illud vere dici, comperies. At μέρος, hoc eſt pars, multifariam dr & ipſa: ſi Ariſtoteli credimus li. 7. diuinę ſapientię. Nã partes alię, quãtæ ſunt, aliæ quales, aliæ eſſentiã conſtituunt, aliæ ſubiecti dicunt, alię integrantes, & harũ qdẽ, alia ὁμοιόμερα, hoc eſt ſimilaris, alia ἀνομοιόμερα, id ẽ diſſimilaris appellat, aliæ etiã inſtrumentarię dici ſolẽt, alię animantiũ, aliæ inanimãtium, internæ aliæ, aliæ externæ, aliæ rei, aliæ definitionis, aliæ rõcinationis, alię enũciationis, aliæ ſimpliciũ corporũ, alię cõpoſitorũ, alię cõmunes, aliæ propriæ, alię ad formã, alię ad materiã relatę. nunc aũt hoc in loco de partibus ſubiecti loqr Ariſt. quãquam & de his q ad formã & materiã pertinẽt, dicũt nõnulli ẽt itellexiſſe, ſed ad verborũ, cõtextũ illuſtrãdũ, hac ſubtili rõne nõ eſt opus: cũ vero proprietate dicẽdi fueris inſtructus, ſine negotio, id cognoſcere poteris.

Aut paſſiones horũ per ſe] ἢ πάθη τούτων καθ' αὐτά] vel eo mõ [vel horũ affectiões per ſe] non eſſet ſubiectũ, ſcĩa dignũ, niſi proprijs afficeret accidẽtibus, quorũ tũc ſcĩa habet eũ de illo, ex primis prĩcipijs, adhibita ratiõe, demõſtrant. Hĩc animo recõde illud p̃ceptũ, qd magno tibi uſui aliqñ futurũ ẽ, ſcĩarũ ac diſciplinarũ, q θεωρίαν faciunt, hoc eſt ſpeculationẽ & ĩſpectionẽ rerũ diligenter, theoremata ac qõnes vt plurimũ extare de accidentibus, proprijs q πάθη, hoc ẽ paſſiones, ſiue affectus dicuntur. Hic vocẽ πάθος, rurſus quãplurimis ſcatentẽ ſignificatiõib⁹, tibi ob oculos poſueris. Nã et eos tibi primũ indicat affectus, quos et Poeta, et Orator, dũ opus eſt, cõcitare ſolent, vbi animos mõ ad irã, mõ ad lenitatẽ, mõ ad terrorẽ, aut miſerationẽ, mõ ad al's p turbatiões cõcitare ſolẽt. Exẽpla vero ĩnumerabilia tibi ſuppetẽt, ex Poetis & Oratoribus, p̃ter ea q hẽt Ariſ. tã accuratê & copioſe dicta, ĩ libris d rõne dicẽdi. Eſt et Paſſio, Cathegoria qdã ex decẽ illis, qs cõplexus eſt Ariſt. in lib. Cathegoriarũ. In quo ẽt, eãdẽ affectionẽ, ſub priore qualitatis ſpecie, collocauit: quã & in corpore & in aĩo cõſiſtere, docuit, atq; ĩ animo quidẽ, duplici mõ, & in ea animi parte, q intelligẽtiæ lumine p̃dita eſt, & in ea, q dicit vitalis & appetibilis, vel ẽt cõcupiſcentia. Eſt itẽ paſſio, inditium materiei veluti actio formæ, & Actus. Eſt & cõtrariũ quidam Actiõi. Significat & mutationẽ illã, q in q̃litatibus efficit. Quędã vero in ſenſibus fit, vt caleſieri, qdã ĩ anima vt cõtriſtari, qq; in animo eſt, vel præſentis boni vel mali, affectio eſt, aut ẽt futuri. Quæ p̃ſentis eſt boni, eã lætitiã veteres appellarunt, vti do-

lorē eā, q̄ ad prēſens malum pti
net. Quæ futuri boni affectus ē,
eā ſpem voluere dici, vti metū,
eā quę futurū malū ſignificat.
Quos affecti⁹ Maro ſic breuiter
complexus eſt, de animabus lo-
» quēs. Hinc metuunt, cupiūtq;,
dolent, gaudētq;. Nec te fugiat,
nomen affectionis interdū tam
latè patere, atq; diffundi, vt om
ne genus accidentiū ſignificet,
plerunq; qualitatē ſubſtantiæ,
immo & ipſam quę in ſubſtan-
tia fit, cōmutationē. Eā vero di
ci multis modis, ſatis ſuperq; cō
ſtat legentibus Ariſt. lib. 5. Met.
Hoc aūt in loco Accidentia illa
ſignificat, q̄ ex ſubiectis definiū
tur, hoc eſt, q̄ ppria ſunt: id ver-
bū oſtendit, καθ' αὑτά, ſiue per
ſe. id enim dictum eſt, ut euita-
ret ὁμωνυμίαν, & diſtincta ra-
tione loqueretur.

a Vt ſit A. permutari, ī quo au-
tē D. moueri, ipſum vero B. de-
lectari, & rurſus G. qetificari.]
εἶον ἔςρτὸ α μεταβάλλειν, τὸ ὃ
ἐφ' ᾧ δ- κινεῖῶς, τὸ ὃ β- ἥδεῶς,
καὶ πάλιν τὸ η- ἠρεμίζεῶς.] Arg.
partē hanc planè totam ſuo mo
re perſequit, nā interpretādo eā,
& diſtinguit aliter q̄m Ariſto. fa-
ciat, & rōnes ſepat. Itaq; ſic cre-
diderim, ni fallor, eſſe dicendū
[Eſto A. eſſe perturbari, in quo
vero D. moueri, ipſum vero B.
voluptate affici, & rurſus. G cō-
quieſcere.] nā hoc in loco vult
eādem colligere concluſionem,
contrarijs medijs adhibitis, ne-
dum ex eadē ſerie rerum. Quòd
eò ꝓponit, vt habeat plures fie-
ri poſſe demōnes eiuſdē rei, ea
ſanè de cā vt hoc faciat ad com-
parandā copiā multarū demon
ſtrationū. At hæ demōrationes,
ſunt à te ipſo accipiendæ, nō in
primo ordine perfectionis, ſed
veluti ſecundę claſſis, q̄m in ſu-
perioribus docuerat vnius con
cluſionis, non extare niſi unicū
medium, tū cū aſſerebat ſcīas p
ſas multiplicare media, vel in la
tus, vel in poſt aſſumendo. Quē
tibi propoſuimus locū in ſupe-
rioribus animaduertendū, tan-
quā ſparſum multiplicis erudi-
tionis notis. Nam diſciplinę nō
augent media in eadē concluſio
ne colligēda, niſi aut in his quæ
à cauſis fieri poſſunt contrarijs,
aut in his quę per plures cauſas
demōſtrant, cuiuſmodi res ſunt
naturales, quę à plurimis cauſis
pēdent. Q̄d cū fit, nō eſt demō
illa exq̄ſita & exacta, q̄s ἁπλῆς,
vocant, ſed longè minoris atq;
īdignioris notę. Eiuſdē vero rei
plures eſſe cauſas, conſtat ex. 2.
hoc li. analyticorū, & ex. 2. q̄q;
de naturali auditu. Tu ad ea te
conferas loca, vt rem diligenter
expendas.

Conſiderare aūt & ꝑ alias fi-
guras, quot modis cōtīgit eiuſ-
dē fieri ſyll'm] ὁποσαχῶς δὲ καὶ
διὰ τ ἄλλων ςχημάτων ὁσαχῶς
ἐνδέχεται τὸ αὐτὸ γενέσθ συλ-
λογισμόν.] vl'ēt hoc mō [adſpi
ciēdū aūt & ī aliꝑs figuris, quot
modis accidat eiuſdē fieri rōci-
nationē] vī & Ariſt. te trāſmit-

tere

tere ad librũ Priorum Resoluto riorũ, ad eã quidẽ partẽ, in qua agit de copia propositionum et abundantia medij: quò in loco tradita ẽ, summa & accurata ratio, disserẽdi & rõcinandi p plura media: idq; est in ea parte, q̃ dr, περὶ δ' πορίας προτάσεων, & περὶ τῆς λήψεως μέσου] itaq; menemo reprehẽsurus est, q̃ dixerim, multiplicandi medij rõnẽ nõ ptinere ad demrõnẽ simpliciter, sed ad aliã inferioris ordinis, vel pp quid, explicantẽ, vel q̃, ob eam cãm, q̃ Arist. nos ad eã partem mittit, q̃ copiam mediorum disquirit, non quidẽ in demrãtiõe, sed in soyllogismo.

a Eius vero qđ à fortuna.] τῆ δ' ἀπὸ τύχης] Arg. lõge copiosius vertit [Eius aũt qđ proficiscitur à fortuna, causaq; fortuita, & fluctuãte] Alij [eius qđ temere fit] alij itẽ [eius qđ casu, ac forte fortuna efficit] vel eo modo [fortuiti vero] hic perpẽde, Aristo. τύχην tm̃, hoc est fortunam nominare, sed lib. 2. de auscultatione naturali, Fortunã & Casum explicat, tanquã res diuersas, qm̃ casum vult esse in rebus, q̃ ex proposito non agunt, neq; p̃dita sunt ratione, fortuna vero inquit, in his rebus inest, q̃ rationem obtinent, atq; propositũ. Est aũt casus ab eodẽ inibi vocatus, αὐτόματος Cur vero hic Fortunã tantũ expresserit, ea reddi causa põt, q̃ hæc duo. distinguere nõ excogitabat, cũ hæc subtilis partitio ad Philosophum spectet naturalẽ. Hic vero, dum ait de Fortuitis non esse sciẽtiam, ęquæ de his, quę casu fiunt, intelligi potest, nam ratio vtrique eodẽ modo respondet. Cõfundit itaq; hæc duo nomina, τύχη, & αὐτόματον: qđ etiam facit, sectione secunda libri de interpretatione, dum asserit, si omnia sint necessaria, accidere vt nihil fortuna contingat, inquit enim οὐδὲν ἄρα οὔτε ὄντων, οὔτε γίνεται, οὔτε ἀπὸ τύχης hoc est, nil igitur, neq; est, neq; fit, neq; à Fortuna. &c.

Vt plurimum.] ὡς ἐπὶ τὸ πολύ] alij [plerunq;] vel [multoties] secundo libro Physices auscultationis docet, ea quæ sunt, alia semper esse, alia frequenter, & alia item per rarò. Quæ semper sunt, appellãtur necessaria, vti contingentia sæpius, quę ut plurimum fiunt. Quæ verò rarò admodum consistunt, cõtingentia rarò dicuntur, sub quibus fortuna, & casus collocant. Est & illud contingẽs, qđ sectione secũda lib. περὶ ἑρμηνείας, vocat ὁπότερ' ἔτυχεν hoc est, vtrũ libet, cõtingit, nostri æquale dicunt, cuius vtraq; contradictionis pars ęquę fieri et nõ fieri p̃t. Alexan. in cõmentarijs priorũ Analyticorũ, exẽplũ affert, horũ contingentiũ, hoc mõ, Esto linea recta, terminataq;, hanc si per ęqualia secueris, similitudinẽ eius cõtingẽti qđ ęquale est, tibi p̃stabit. hoc est, qđ ęquę eẽ, & nõ esse, aut fieri & nõ fieri p̃t:

b

vti eſt Socratē lauari. At ſi data fuerit linea, ꝙ inæquales partes ſecta neceſſario efficitur, vt altera pars maior, alia minor habeatur. Quę maior eſt, contingenti illi ſimilis videbit, qđ vt plurimū dicit, quēadmodū et minor ꝑs lineæ, ſimilitudinē ꝓferet, eius qđ raro cōtingit: Ad hęc ꝓtinēt, ea q̄ ſcribunt in. 2. lib. Phyſicę auſcultationis, nec non ſect. 2. lib. de Interpr. in ea parte, vbi differit de futuris cōtīgētibus. Item & lib. 1. Priorum Analyticorū, vbi de conuerſione contingentium, & permixtiōe propoſitionum eloquitur. Adde vero contingens, & id qđ poſſibile appellant, re & materia idem eſſe prorſus, differre aūt ſola nominis appellatione. Inditio eſt illud, ꝙ. 1. lib. Priorū Reſolutoriorū ſeorſum de poſſibili à cōtingenti nō loquitur, ſed ea pro eodē vſurpat. Qđ ſi libri de Interpret. ſect. iiij. modū contingētis à poſſibili ſeparat, id facit q̄ ad vocum, nō rei differentiam, qđ Hamm. docet. Cū vero hoc in loco dicit, demōnē eē de his q̄ ſemp ſunt, aut ēt vt plurimū, intellige, ea q̄ vt plurimū ſunt, demōſtrari ac ſciri, ea rōne, qua docuerat in ſuporibus, vbi dixerat, Αἱ γὰρ τ πολλάκις γινόμεναι ἀποδείξεις καὶ ὅπις ῆμαι. hoc ē, eorū vero, q̄ ſæpius fiunt, demōnes & ſcīæ. Modū vero & rōnē, hęc demōſtrādi ſubiūgit, δῆλον ὅτι ἡ μὲν τοιάδε εἰσὶν, αἱ εἰ, χ τ μίρος εἰσὶν. hoc ē, patet vero ꝙ vt tales ſunt, ſunt ſemp: vt uero nō ſemp, in parte ſunt.

Neq; ꝙ ſenſum eſt ſcire.] οὐδὲ δι' αἰσθήσεως ὅτιν ὅτις αὖ] Arg. [at vero neq; ꝙ sēſum fit, vt ſcia mus] vel forte [nō itē ſenſu contingit ſcire] eſt aūt hoc in loco αἴσθησις, potētia, ac vis animæ organica, q̄ certa ꝓte corporis, tāquā īſtrumētō vtit, vt viſus, Auditus, Guſtus, Tactus, Olfactus. de hac copioſe differit ī. 2. lib. de Aīa: nōnulla ēt videre potes in calce ſecūdi huiuſce libri. Tu vero ſic Ariſt. ſnīam tueare: ſcīa eſt intellectus habitus, ſenſus intellectus non eſt, itaq; nec ſenſus erit vllius ſcientia. a

Et non huius cuiuſdā] χ μὴ τῦ δέ τινος] vel ēt] & nō huius cuiuſpiā] ſenſum īquit eē à ſentire diuerſum: qm̄ ſenſus nō eſt rerū ſingulariū nō. n. viſus ē huius aut illius albi, ſed cuiuſcūq; albi ſentire vero eſt circa ea quę ſingularia. Idē aūt voluit in fine ſecūdi lib. quo in loco ſenſum īquit eſſe vl'iū, qđ intelliges, vti ſenſus eſt potētia & facultas q̄dā: nā vt cōparata actioni, q̄ eſt ſentire, ſic eſt in parte qđdā, nō vlē, Hinc tibi quāplurimę corruent cauillationes, q̄ hoc in loco agitari ſolēt. Sed ſi volemus huius vocis, ſenſus, ſignificationes perſeq, occurrat nobis illa primū, q̄ ait ſenſum eſſe vim, q̄ ſine medio, ſingularia percipit, hoc ē abſq; rōcinatiōe, qđ quō verū dictu ſit, leges q̄ in huius operis proœmio ſcripſit, Ariſt. b

atq;

atq; inibi: Themiſt. Hęc aũt ẽ illa animę vis, q̃ ſcíæ aditũ patefacit, qua quidẽ extincta, & ſciẽtiã perire neceſſe ẽ. Id. n. indicauit, cũ dixerat, ablato ſenſu ſciẽtiã interire, q̃ earũ rerũ eſt, quæ ad illũ ſenſum ꝓtinent: qđ & in lib. de Aía, & de ſenſu ac ſenſili multoties repetit. Illa vero non deridenda eſt ſnía q̃ ait, ſenſum eſſe initiũ ſcíæ in nobis, vti exti matiõis in Brutis. Exterior animę dr̃ facultas, interpres mẽtis, hoſtiũ cogitationis, nuncius rerũ, naturæ lanitor, ſpecierũ explorator q̃ res materia affectas cognoſcit, & ad aliud referr̃, nẽpe ad ipſum qđ eſt ſenſibile. Inter patiẽtes facultates cõnumeratur ab Ariſ. ſiue actu, ſiue etiã facultate ſit ſenſus. Hic in ꝓprio ſi decipiť obiecto, nec ſeipſum, vt mẽs facit, ꝓcipere ꝓt: eſtq; vel cõis vel proprius, ſpẽs citra omnẽ materiã. Suſcipit, eodem fermè pacto, quo cæra annuli, aut ſigilli formã: necnõ contrarias res ſemꝑ cognoſcit, habetq; determinatũ ac certum, quo agit, inſtrumẽtũ, corrũpiť ab immodico ſenſibili, vt auditus à tonitruo, eſtq; homini ac Brutis animãtibus cõis. Ad quem ea pertinent, quę ſunt, ſenſile, ſentiendi vis, & Actio. Malui iſthæc recenſere, quaſi ꝓter inſtituti meirõnẽ, ꝑ negligens videri, in eo præſertim, in quo diligentia requirebatur maior.

e Et ſi ſupra lunã exiſtentes videremus obiectam terrã] καὶ εἰ ἐπὶ τῆς σελήνης ὄντων ἐωρῶμεν ἀντιφράττουσαν τὴν γῆν.] colligit ex his q̃ dixerat, ex vno ꝓticulari cognito neceſſe haud eẽ, vt inde efficiatur vťe: qm̃ vťe ex multis particularibus, ſenſu cognitis, aſſumitur. Exẽplo vero perſuadet, caſu ꝓ imaginationẽ concepto, nobis exiſtẽtibus ſupꝝ lunã, eo ſanè tẽpore, quo deficit, terre obiectu. ſed penè cõtrariã huic viſus ẽ, habuiſſe ſnĩam circa initia ſecũdi li. vbi Ariſt. hęc ſcribit, εἰ ὄντες ἐπὶ τῆς σελήνης ἐκ ἂν ἐζητοῦμεν ὅτι εἰ γίνεται ὅτε διατί.] hoc eſt, ſi vero eſſemus in luna, neq; vtiq; quęrere mus neq; ſi fit, neq; cur fit.] & addit, ἀλλὰ ἅμα δῆλον ἂν ἦν· ἐκ γὰρ τοῦ αἰσθανεσθαι, καὶ τὸ καθόλου ἐγίνετο ἂν ἡμῖν εἰδέναι.]. i. ſed ſimul vtiq; manifeſtũ efficeretur: ex eo. n. qđ ſentiť, et ipſum nobis factũ ẽ cognoſcere.] quo aũt pacto hæc tam euidens tollatur pugnantia, in noſtris contradictiõib⁹ abũde expoſuim⁹.

Vťe autẽ honoratũ eſt.] τὸ δὲ καθόλου τίμιον] Arg. [ipſum autẽ vťe pręſtabile nimirũ eſt.] vť. ſic [vťe vero quid honeſtũ eſt] vult vťe eſſe plurimi faciẽdum ex eo, ꝙ maxime vim cauſæ vr̃ obtinere: atq; ex hoc ipſo nimirũ eſſe honore dignũ. Et enim ſi ſcía eſt de genere bonorũ & honeſtorũ, qđ ipſe in initio primi li. de aía ſtatim propoſuerat, ẽt vt ſit bonũ atq; honeſtũ vťe neceſſe ẽ, cũ vťe ſit cã, cã vero ſciẽtiã pariat in nobis. Neq; audias

vſe tm̃ eē τὸ αἴτιον, hoc eſt, cauſam quia & li.2. de Phyſico auditu, iam ſatis oſtē ſum eſt, cām aliā extrā rei vniuerſæ, aliā rei ſe cūdū partē: nā ſtatuarius ſtatuę cauſa eſt, vſus, vti Phidias Minerue. Eſt itaq; eius propoſitū hoc in loco, afferere nomē cauſę prę ſtabili⁹ ac exacti⁹ dici de re vſi, q̄ de cęteris alīs. Cū vero dicat, vſe mereri, vt illud honore perſequamur, ad p̄cepti huius obſeruationē, quædā de illo, honoris cauſa, in medium afferemus. Verbū illud καθόλου, ſiue vſe, ſiue vniuerſum dixeris, interdū ſimplex eſt terminatio, vſr appellata: quo mō Sect.2. li. de Interp̄tatione conſueuit dicere, itē & rem ipſam ſignificat vniuerſam. V tramq; autē ſignificationē cōplexus eſt eo ī loco, ad hūc modū, ὅτι δὲ τῷ κατηγορουμένῳ καθόλου τὸ καθόλου κατηγορεῖν ἀκ ὄζιν ἀληθές.] hoc eſt, in eo autē q̄ vſe p̄dicatur, id q̄d eſt vſiter dici, nō eſt verū] Eſt & illud vſe, quod vocē plurimis cōmunē deſignat, vti Gen⁹, Species, ac cæteræ à Porphirio diſtributæ in eo lib. qui εἰσαγωγή, dict⁹ eſt, ſiue introductio. Eſt & vniuerſale, q̄d Cathegoria dicitur, vti ea ſunt nomina, Subſtantia, Quantū, Quale, & alia. Eſt & illud quod in ſuperioribus appellatum fuit τὸ κατὰ παντὸς, hoc ē de oī: vti ſi dixeris, omnis nix eſt cādida. Item illud, quod, τὸ καθαὐτὸ, videlicet per ſe, vt cū dicis, omnis hō animal ē. Tum id, quod etiā τὸ καθόλου, vocabatur, nēpe, quatenus ipſum, vt cum aſſeris, oēm triāgulum habere tres. Noſtri, vniuerſale actu vel poteſtate diuidunt, in re vel intelligentia, primæ vel ſecūdæ notionis, quod cauſæ rōnē habet, vel prędicandi vim, q̄d antemulta, vel poſt multa, vel etiā in multis poſitū dicitur. Eſt & vſe Metaphyſicum, logicū, Naturale et Mathematicū. Eſt & illud, q̄d commune appellant, ac antecedere dicunt, doctrinæ ordine, ea quæ minus ſunt cōmunia. Stat etiam vſe, q̄d in mente eſt, ipſius Dei, quod Ideam Plato vocat in Timęo, Parmenide, Hippia, & Epinomide. Illud vero, quod Ariſt. cēſuit hoc nomine vſis eſſe appellandum eſt, q̄d animo & intelligentia concipimus, mentis obiectū, potētia in ſingularibus exiſtens, actu p̄intellectū conſtitutum, à ſingularibus opę mentis, ſequeſtratū, à ſenſilibus ortum, cōceptum ab imaginatione, receptū ab intellectu potentię illuſtratū ab agēte, in memoria repoſitū, à materiei ſordib⁹ depuratū, ab hic & nūc ſeparatū, ſenſu experiētia et inductiōe collectū, eternū, potestate cōtinēs infinita, cōicabile multis abſq; ſui vel diuiſiōe, vel interitu, à rōne productū, p̄ditū noīe cauſę, & ob id, aptū p̄ſtare nobis ſcīam & pp quid: quocirca honeſtiſſimum ipſum, & maxime præſtabile, venit à nobis, vt Ariſt. inquit nominandum.

Quare

b Quare de talibus vĩis honoratior ſenſuum & intellectiõis, quorũq; altera eſt cauſa.] ὥστε περὶ τ τοιούτων ἡ καθόλου τιμιωτέρα τ αἰσθήσεων, καὶ τῆς νοήσεως, ὅσων ἕτερον τὸ αἴτιον.] Argy. hãc partẽ ſic vertere videt, [quare de talibus notitia vĩs p̃ ſtabilior, eſt perceptiõe ſenſuũ, & intellectione eorũ, quorũ eſt alia cauſa.] q̃ trãslatio, addit illud [notitia] q̃ in grẽco exẽplari minime habetur, itẽ & eã vocẽ [perceptiõe] quocirca ſic putarim magis ad verbũ eſſe dicẽdũ [Quãobrẽ de his talibus honoratior, quę vĩs, ea q̃ ſenſuũ, & intelligentię, quorũ altera cã extat] addidi autẽ ego minores particulas, vt ſnĩæ vis cuilibet cõſtare poſſet. Eſt.n. ſenſus, omnẽ cognitionem, earũ rerũ, quæ cãm hñt, præſtabiliorẽ eẽ, quacunq; ſenſuũ perceptiõe, immo ẽt, ipſius intelligẽtię. Quæ ſnĩa, adeo in vetere translatione dormit, vt vix excitari poſsit.

c In ſenſus defectum] εἰς αἰσθήσεως ἔκλειψιν.] vel [ĩ ſenſus defectionẽ] Eſt aũt defectio ſenſus alia cũ ipſa ſentiẽdi facultas omnino tollit̃, de qua ĩ ſuperioribꝰ ẽ locutus, vbi ſcĩam auferri docuerat ex ipſa ſenſus defectiõe. Alia vero eſt, qua de agit hoc in loco, vbi ſenſus labore, & difficili ſentiendi rõne afficitur, id autẽ fit, vbi res obiecta ñ niſi ęgrè percipit̃ à ſenſu: ceu in exemplo quod habet, de foraminibus vitri, aut cornu, quę nõnulli dixere eſſe cauſam, vt luminis particulę alioq; tenuiſsimę & p̃ meabiles, extrinſecus diffundantur, lucemq; emmittãt, id. n. inquit ſenſus iudicare nõ poteſt, & ob id negocium faceſcit, in adhibẽda rõne, cur illuminatio fiat?

In problematibus.] ἐν τοῖς d προβλήμασιν] Argy. [inter ea, quæ proponunt̃] quæ translatio nil certe proponit, qđ ad p̃poſitum faciat inſtitutũ. ac longe melius qui dicunt [in q̃ſtionibus] Eſt autem, τὸ πρόβλημα authore Ariſt. li. 1. Topic. idẽ qđ ζήτημα hoc eſt qõ ſiue expetendi, aut fugiẽdi cã, aut veritatis et perceptionis, ſtudio, propoſita. hæc autem τὰ προβλήματα, ſic partitus eſt, eo in loco vt alia ad electionem ſpectent, alia ad cognitionem, alia vero, adiumentum cęteris tribuant. Rurſus ea in initio ſecundi lib. Topicor. in vniuerſali diuidit & ſm partẽ, Affirmans & Negans. Extat & in naturali Philoſophia liber de Problematibus, ſatis cognitus: quo in loco probabiliter diſſerit. Ex quo liquido conſtat, p̃blema eẽ, dialecticam quæſtionem vti diximus, in qua ea proponi non p̃nt, quæ ſuapte natura ſunt perſpicua, vel item ea, quæ nemini probantur, ſed hęc in Ariſtote. copioſius & luculentius.

Propter quid comburit] διὰ e τὶ φωτίζει.] Argyrop. [lumen efficitur] alĩ [illuminat] vel [ſplendeſcit.]

a Eadē vero prīcipia eſſe oīum ſyll'orum] τὰς δ' αὐτὰς ἀρχὰς ἁπάντων ἢ τῶν συλλογισμῶν] ſiue etiā] eadem autē eſſe initia, oīum rōcinationum] diſcutit et hoc, ſiue Theorema dixeris, ſiue artis prȩceptum, qđ eſt, non eadē eſſe initia ſyll'orū oīum. Idq; multis rōnibus ꝓpetua quadā enumeratione propoſitis, facit. Quæ autē ſint hæ ratiões per te ipſum, quæſiueris. Quod vero te ignorare nō oportet, illud vī eē, hoc in loco τὰς ἀρχὰς, ſiue, principia, latiꝰ, ac fuſius accipi, q̄; cū de ſcientiarū principiꝭ loqueret: qm̄ ibi propōnes eas intelligit, quæ neceſſariæ ſunt, & perſpicuæ: nūc aūt oēm propoſitionē ītelligit, q̄ in ſyll'o aſſumptio fieri p̄t, ſiue ea vera fuerit, ſiue falſa, ſiue neceſſaria ſiue ꝓbabilis, item vtcumq; fuerit ex quovis genere Artiū et Diſcipli narū deſumpta. Et vt vno verbo dicam, principia ſunt, ea omnia, hoc in loco, audienda, ex q̄bus concluſio conſtitui poteſt: p̄miſſas noſtri cōmodè vocant.

a Et hominē equī, aut bouē.] χ̣ ἢ ἀνὸ ἵππον, ἢ βοῦν.] aliud ē exemplū, quo oſtēdit nō eſſe eadē oīum ſyll'orū initia, quoniā pleraq; ſunt vicisſim contraria, quæ ab eiſdē principiꝭ pendere non p̄ſt. vt ſi dixeris, iuſtitiā eſſe iniuſtitiā, aut ignauiā, vel ſi æquale dixeris eē maius, vel eē minus, q̄ exempla mediū extremis comparat, optima rōne. At nō eo mō videtur procedere rē, vbi Hominē Equo, ac Boui cōparaueris, nam hæc cōtraria dici non p̄ſt, cū ſubſtantię ſint. ſoluit, Hominē Equo ac Boui contrariū eſt, oppoſitione illa, quæ in ſpeciebus diſſimilibus & diſparibus reperitur, ea autē non eſt, contraria oppoſitio. Noſtri appellant, oppoſitionē diſparatā. Vel ēt dicere poſſis, has ſpecies contrarias eſſe vicisſim, ſm earum conſtituētes differētias, nempe rationale & irrationale: qđ diligenter oſtendit Porphyrius in. v. vocibus, vbi de differentia loquitur, inquit. n. differentias eſſe cōtrarias in genere, ſed ſub eo poteſtate contineri: quāquā Platonici et actu ſub genere eas collocauerīt, dixerintq; contrarias nō eſſe dicendas. De hoc vero extat tibi legenda ſubtilis atq; elegās explicatio, apud Hammoniū eo in loco, qui Peripatheticorū ac Platonicorū nititur opīones ad cōcordiā ducer.

Neceſſe autē aut in media cō a
uenire, aut ſurſum, aut deorſuz, aut hos quidem intro habere, illos autē extra terminorū] ἀνάγκη δέ γε ἢ εἰς μέσα ἁρμόττειν, ἢ ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν, τὰ μὲν ἔσω ἔχειν, τὰ δ' ἔξω τοῦ ὅρου.] Argy. ſic vertit,] neceſſe ē autem, aut ad media accōmodari, aut ſupera ex parte, aut infera, aut alios intra, alios extra, terminorum, habere.] vel etiā [neceſſe eſt autē, aut in mediꝭ conſentire, aut ſupra; aut īſra, vel terminorum hos quidē īternos, illos

externos

externos habere] nihil perinde ſemper optaui, atq; (quantū viriū mearū ratio pateret) ſtudioſis prodeſſe: qđ vt faciam, totū me grecorū authorū ſtudio dedere decreui, vt Ariſtotelicorū verborū caſtam, ac ſincerā ſententiā eruerem. In latinis ſubtilitatem, in Auerroe grauitatem et cōſtantiā ſemper admirari ſoleo, Græcis vero, oēm Ariſt. puritatē & candorē acceptum refero: qñ in hoc genere interpretationis, hi clari facti ſint, ad oēm poſteritatis memoriā. Quamobrē valde falluntur, qui Grecorū eruditionem dānant, dū in his, maiorē q̄; opus ſit, ſubtilitatem deſyderant: quēadmodum iniquos eē iudices crediderim, qui latinos aut Arabas interpretes, ob ſermonis inelegantiam incuſant, nā & in eorū pectore ſuus adeſt Mercurius. Sed hæc forte aliquātò lōgius progreſſa ſunt, q̄ inſtitueramus, itaq; eò redeamus, vnde digreſſi ſumus. Diligenter Philoponus docet, quę ſit horū vis verborum: nam cū dixerit, iccirco nō eſſe eadē principia ſyllogorum, qm̄ aliorū generū, alia ſunt initia, ob id q̄ vnà non cō ſentiunt, nunc aggredit ad explicationē eius qđ eſt non conſentire, ſiue cōuenire, qđ græce ἐφαρμόττειν, ſe habet, ideſt, conſentiūt: quare conuenire nil aliud eſt hoc in loco, q̄; prædicari, aut ſubñci. Fit autē oīs cōſenſio, vel in prima, vel ſecūda, vel tertia figura. In prīa cōueniunt in medñs, cum maius extremū ſit prędicatū medñ, & medium minoris extremi. In ſecūda conſentiunt ſupra, cū vtrīq; extremū prędicetur de medio. In tertia itē conueniunt infra, qm̄ medium eſt ſubiectū vtriq; extremo. Eſt aūt hæc dicendi forma familiaris Ariſt. ī libris de priore reſolutione. Terminos autem infra poſitos, ſubiecta intelligit, vti extra poſitos, prędicata. Cuius rōnē Philoponus eſſe dicit, q̄ continens eſt extra cōtentū, cōtentū vero intra cōtinēs. Cū uero p̄dicatū cōtineat ſubiectū, iure prędicatū eſt terminus extra, vti terminus eſt intra, id qđ eſt ſubiectum. aut aſſumpto termino, aut iniecto.] ἢ προσλαμβανομένου ὅρου, ἢ ἐμβαλλομένου] vel [ſiue ſuſcepto termino, ſiue ītrinſecus addito] Aſſumere terminū, eſt ipſum extrinſecus accipere, īternē vero inñcitur, cū inter ſubiectum & p̄dicatū medium aliquid immittitur. Qđ: ex vſu libri prioris reſolutiōis, & ex hoc ipſo inſuperioribus ſatis cōſtare pōt: dum inquit, τῷ γὰρ ἐντὸς ἐμβάλλεσθαι ὅρον ἀλλ' ἐν τῷ προσλαμβανέσθαι, ἀποδείκνυται τὸ ἀποδεικνύμενον. hoc eſt, intro nāq; inñciendo terminū, ſed non aſſumendo demonſtratur demonſtrabile. At hic Philoponum legas diligenter.

Vt q̄ hæc quidē Geometrię, illa vero Ratiociniorū] ὅτι ὅτι αἱ δὶ μὲν γεωμετρίας, αἱ δὶ ἐν ἀριθμῶν] Arg. [vt hæc Geometrię, hæc

hęc autē Arithmeticæ] q̄ translatio longe p̄stabilior est, vel ēt [vt ꝙ hæc quidē Geometrię, illa vero Numerorū] hinc constabit, q̄ magna, quamq; patens sit vtilitas apud eos, qui libros de Græco vertūt, & authoris trāsferendi propositū tenere, & eā callere facultatē, cuius scriptorē vertere studemus. Quid.n. per ratiociniū intelligere volumus, aliud q̄ differendi magistrā λογικήν, siue διαλεκτικήν, quę cōmunibus principijs, non ꝓprijs innititur? quocirca parū ad ꝓpositi instituti rationē id facere videretur, si de hoc genere principiorū sermonē haberet. Neq; ego, isthęc dixerim, quo me hominibus eloquētissimis, vlla ex parte cōferre voluerim, qui eorū consiliū, ac pene totum vitæ cursum, in studiosorū vtilitatē cōtulerunt: sed vt potius, quod instituerā, facile p̄stare videar, dum Aristotelicæ sinceritati, ac veritati nostras hasce versiones nitimur accommodare.

a Neq;. n. in manifestis doctrinis hoc fit] ὅτε γὰρ ἐν τοῖς φανεροῖς μαθήμασι τοῦτο γίνεται] Arg. [nā neq; in manifestis hoc fit scientijs] docte quidē & eleganter Arg. sed adhuc verbum μαθήμασι, vī esse trāsferendū, disciplinis. Itaq; sic vertere liceat [neq;.n. ī manifestis efficitur hoc disciplinis] Manifestas vero dixit; pro cognitis, exploratis inuentis, ac diligēter ab alijs tractatis. Est autem nō ignorandum, hæc nomina, δόξα, ἱστορίαν, διδασκαλίαν, μάθησιν, hoc ē, sciētiam, doctrinā, ac disciplinā esse interdū vnū atq; idē, quo modo Geometria, aut alia q̄uis facultas eiusmodi, scīa dici potest ad ea quæ in ipsa continent Scibilia, cōparata. Est vero doctrina, vti à Geometria tradit: disciplina, vti à discipulis audita pcipitur. Interdū doctrina est, celebris authoris, qualis vel Plato, vel Arist. vel alius extitit, cognitio libris ac monumētis literarū tradita. Quādoq; vero, ē ipsa docendi ratio, μέθοδος, vocata, estq; q̄tuor modis, doctrina demōstratiua, definitiua, diuisiua, compositiua. Est & à doctrina, ĩterrogatio, διδασκαλικὴ, hoc est doctrinalis ab Arist. vocata, in lib. de rep̄hensionibus sophistarū. Est & doctrinæ ordo, cū ab vīibus, cōibusq; rebus ad ea quæ specialia, ac ꝓpria sunt descēdimus. Est & docētis actus, qui docere dicit, quē Arist. lib. 3. Physices auscultat. vult distinguī ab eo q̄d est addiscere, licet doctrinā à disciplina non sepet, Quod alibi latius expositū nobis fuit. Hinc doctoris nomen emanauit, hoc est eius, qui viuo sermone, sensum audiētis attentare solet.

b Neq; in resolutione est possibile], ὅτε ἐν τῇ ἀναλύσει δυνατόν.] alī verbū, ἀναλύσει, vertunt, dissolutione, forte ob aliquem grecū codicem, qui loco huius, legit διαλύσει. sed & in excusis,

excuſis, & calamo exaratis, ſic res ſe habet, vt in initio legebamus. Itaq; ſic vertēdū, [neq; id fieri poteſt in reſolutione] Non eadē autem huius eſt vocis, atq; illius ſignificatio. quoniā diſſoluitur res, vbi in partes & particulas ex quibus cōſtat, corrumpitur, id aūt cum ipſo rei interitu fieri neceſſe eſt. Reſoluitur autē cū mente ac cogitatione conpoſitum in partes & particulas diuiditur, idq; citra rei interitū fieri pōt. Quocirca, omnis diſſolutio eſt etiā reſolutio, non autē contra. Hinc recte Ariſto. lib. 1. Priorū Reſolutoriorū, terminum eſſe definit, in quē propoſitio διαλύεται, hoc eſt diſſoluitur quoniam dum propopōnē diſſoluimus eam in ſuos terminos corrumpimus. Eſt & Analyſis, res compoſitioni cōtraria: nā oppoſita vice vtūtur. Quod .n. componitur, ex partibus cōſiſtit, quod vero reſoluit in partes trāſit. Itē cōpoſitio à multis partibus ad vnum videtur ire, contra reſolutio ab vno, ad plures, tendit. Accedit, q̄ primum reſolutionis, extremū eſt cōpoſitiōis, & e diuerſo: v.g. Domus compoſitio, à fundamentis initium ſumit, inde ad parietes tēdit, mox ad tectū properat. Reſolutio, â tecto exorditur, finitq; in fundamentis. Hanc vero eſſe Reſolutionē ſatis iā cōſtare vī: de qua plura vide apud Ariſ. li. de priore reſolutiōe, prope finē, vbi de ipſa ex inſtituto diſſerit copioſe. Quædam ēt extant, & in lib. 3. Ethicor. Themiſtus autem & ipſe, reſolutionem appellat, tunc, cum concluſionem in eius prīcipia referimus. Quod ne te lateat, addenda eſt illa partitio, quę ait, quatuor modis cōtingere, vt reſoluamus vnumq̄q;. Primum eſt ea reſolutio, quam Mathematicam appellat Alexand. in cōmentarīs Priorum Analyticorum. Ea fit, vbi theorema in eius principia referimus, atque illa in alia vſque quo, deſyderare amplius in illo genere non poſſimus. Eſt & alia Naturalis, quæ Hoīem, aut plātā, aut aliud ſimile in partes diuidit. Deinde & Artificioſa, q̄ ſcamnū, aut lecticā in ſua principia reducit. Poſtremo eſt Reſolutio λογική, ſiue rationis, quæ cōcluſionē in eius initia referre ſolet. Hæc bifariā efficitur. primum vbi concluſio ſimplex, & ab omni materia ſeiuncta reducitur in præmiſſas ſimplices, & ab omni materia ſeparatas: vt ſi dicas eam concluſionem, quę ait C. eſſe A. reduci in has aſſumptiones, B. eſt A. & C. eſt B. Hanc priorem reſolutionē ample conſiderat Ariſto. in Prioribus Reſolutorīs: quamquam Græci authores librum illum reſolutorium dici maluerunt: à pręcipua ſui parte, nempe à ſectione tertia primi libri, vbi de Reſolutione diſſerit: quod minime ab alīs noſtræ ætatis viris, ſane quàm doctiſſimis probatur.

Eſt

Est et alia resolutio, q̃ efficit ubi necessaria cõclusio, in principia defertur, hãc posteriorẽ, secũdã vt resolutionem vocant, qua de agit ĩ posterioribus analyticis. Vtrãq; vero in libris logicis maxime Arist. consyderat. Inde fit vt libri Analytici iure sint quatuor, duo priores, & totidẽ posteriores vocati, quasi ĩscriptione cõi: qđ aũt separat, ẽ illud uerbũ prius & posteri⁹, siue fm, nã & Gal. lib. 4. de differentñs pulsuũ, ostẽdit libros de priore resolutiõe, inscriptos fuisse τῶν ἀναλυτικῶν πρoτέρων: eos vero, q̃ tractant de demr̃one, τῶν ἀναλυτικῶν ὑστέρων, siue etiã δευτέρων. hoc est de posterioribus resolutorñs, vel secundis resolutorñs. Est itaq; hæc inscriptio, partim propria, partim et cõis his libris oĩbus. Vtrũ vero lib. Priorũ inscriptiõe propria sit de syllogismo, liber vero Posteriorũ sit appellandus de demr̃one, an ẽt de definitione, nõ est pr̃sentis loci, vt differam⁹: meminisse tñ oportet, ĩscriptionẽ librorũ resolutoriorũ fuisse ab Arist. non alio viro excogitatã, qñ id voluerit multis in locis, ac præsertim lib. 6. Ethic. vbi de scientia loquit̃, q̃ ĩ loco sese transfert ad ea quæ dixerat ĩ resolutorñs. Est itaq; analytica scĩa, diligens et perspecta cognitio demr̃onis ac definitiõis (loquor. n. de secũdis resolutorñs) q̃ demõstrationis & definitionis vim, naturã, partes, & leges exactissima rõne disquirit. Cũ. n. insita sit nobis, naturæ institutione atq; impulsu, in scĩam & cognitionem propensio atq; cupiditas, sciẽtia aũt oĩs sit rerũ p̃ earũ causas cõtẽplatio, res vero vel sint substãtiæ, vel accidẽtia, ĩde patet, analytica scĩam, cum sciẽdi doceat instrumẽta, necessario & de demr̃one, & de ipsa definitiõe, tractare: nam demr̃o nos scire facit Accidentia, Definitio substãtiarũ intelligentiã aperit. Id ẽt constat ex earũ doctrinarũ partitione, quas Græci μεθόδους, vocãt, hoc est vias & ratiões docendi. Etenim Plato, cõpositiuã & Diuisiuã rationẽ q̃ maxime excolit, qđ præsertim in Philebo & Phędro videre qlibet põt: Arist. autẽ demonstratiuã ac definitiuã magnope extollit, qm̃ hę rerũ oĩum cognitionẽ persecũtur diligenter. iure itaq; Analytica scĩa, & demr̃onis & definitiõis est cognitio. Verũ si te plura cognoscere ñ pigeat, de ipsarũ doctrinarũ, partitiõe, atq; ordine, legas nõnulla apud Philoponũ in initio secundi lib. Poste. quę dã etiã extant & apud eundẽ & Alex. in cõmentarñs primi lib. de priore resolutione, in ipso q̃si libri vestibulo. Copiosi⁹ de hac ipsa re differit Hãmo. in ingressu interp̃tationis Porphyrĩ introductorĩ. Sed forte plura recensuimus, q̃ institueramus, in re tñ vtili & iucũda plurimum operæ mihi videbatur collocandum: qñ oĩs cognoscendi ratio,

oĩs

oſs recte ac diligenter tractãdi, docendi, ac diſſerẽdi doctrinæ iſtitutio, ab ijs mihi ducta videtur initijs, & quaſi elementis, q̃ de ipſa reſoluẽdi ratiõe veteres peripathetici nobis ꝓpoſuerũt.

ris habitus esse dicit. sed qui in aïo cõsistũt habitus, vel ad eã pte spectare vñr, q̃ cognoscit, vel ad eã q̃ eligit. priores habit⁹ sũt disciplinę oẽs et scię, posteriores vero virtutes & vitia. Nũc aũt Arist. vtrosq; enumerat, nã scia ad cognitionẽ, vti prudentia ad electionẽ refert. Hinc Arist. 2. li. de demõne, ad finẽ, inqt τῶν δὲ τῶν ἀρχῶν πῶς τε γίνονται γνώριμοι, καὶ τὶς ἡ γνωρίζουσα ἕξις. hoc est de principijs aũt, & quo pacto efficiunt cognita, & qs cognoscens habitus.] Eosdẽ vero aïę habitus Arist. (dico eos q̃ ad διανοίαν, hoc ẽ rõnẽ siue intelligẽtiã ptinẽt) eodẽ ĩ loco rursus ĩ semp veros distribuit, & ĩ eos qui veri & falsi rõnẽ ęquè susci-pere pñt. Semp ãt veros, appellat ὑπολήψιν, & νοῦν. siue scĩam, & intellectũ. At verũ & falsum suscipiũt δόξα èt λογισμός, hoc est opinio & rõcinatio. quo ĩ loco sic ea verba se hñt. ἐπεὶ δὲ τῶν περὶ τὴν διάνοιαν ἕξεων αἷς ἀληθεύομεν, αἱ μὲν αἰεὶ ἀληθεῖς εἰσιν, αἱ δὲ ὑπολήψεις ἐνδέχονται τὸ ψεῦδος, οἷον δόξα καὶ λογισμός. ἀληθῆ δ' αἰεὶ ὑπολήψιν καὶ νοῦς.] quã q̃que partitionẽ lib. 6. de morib⁹ ad Nichomacũ attulisse visus ẽ Arist. vbi de habitibus differit, ea rõne & partitiõe adhibita, q̃ alĩ horũ sunt, qb⁹ aïa, affirmãs aut negãs verũ dicit, dicũturq; Ars, Scia, Prudẽtia, Sapiẽtia, Intellectus. Alĩ vero sunt, qb⁹ aïa affirmãdo aut negãdo verũ vel falsum enũciat, vti opinio, atq; existimatio. Hęc Arist. Plato vero in Menone, habitus ipsos ad animi vires retulisse vr̃: ostenditq; eo in loco pulcherrima rõne eos sic se habere. Etenim, primũ ille vires aïæ in cognoscitiuas atq; appetitiuas distribuit. Cognoscitiuæ tres sunt: mẽs, cuius planè actus ẽ ppetua veri cognitio, siue potius cõtemplatio. Alia est Rõ, cuius quidẽ actus ẽ veri inuestigatio & cõquisitio. Tertiã vocat Phãtasiã, cui⁹ act⁹ est collectio eorum, q̃ sensus ipsi pcipiũt, ac veluti illi⁹ nũcĩ porrigũt, adhibita eẽ cognitiõe illa q̃ â nr̃is discursus uocitat. Appetẽdi vis tota in tres oĩno alias distribuit: q̃ sunt volũtas, vis irascibilis, & cõcupiscẽtia. Est autem uolũtatis actus ea expetere, q̃ mẽs & rõ submínistrat. Irascibilis actus est, ut q̃ rõ & phantasia ꝓponit, aggrediat. Cõcupiscentię actus est adsciscere, q̃ illi cũ sẽsus, tũ Phãtasia obñcit atq; ꝓponit. At mẽtis affectio, q̃ cõtẽplationẽ perficit sapientia dr̃: q̃ rõnis opus absoluit scĩa ẽ atq; prudẽtia: ea tñ lege, vt scĩa ad ea sit referẽda q̃ natura fiũt: prudẽtia vero ad ea q̃ nos ipsi agim⁹: indeq; ĩdagatio, et cõsultatio dictæ sunt à Platonicis: nã sciẽtia rerũ natura constantiũ indagatio est, vti cõsultatio agibilium est prudentia. Quæ vero Phantasię discursum perficit, ipsa nimirum opinio recta nominat, quæ & sagacitas est interdum appellata.

Bernardini

BERNARDINI TOMITANI PATAVINI

Contradictionum Solutiones in Arist. et Auerrois dicta, in Primum Librum Posteriorum Resolutoriorum.

AD LECTORES.

B *STVDIOSOS monitos velim, vt illud animaduertant, contextus qui citantur in hisce cõtradictionibus atq; earum solutionibus esse iuxta veterem* E *diuisionem primi, ac secundi libri Posteriorum Resolutoriorum: Auerroys vero commenta intelligi oportere, secundum ipsius commentatoris partitionem. id placuit dixisse, ne vlla quærentibus fieret, aut temporis iactura, aut difficultas.*

PRIMA CONTRADICTIO.

HABET Commentator in præfatione hac libri posteriorũ Analitico. quinq; potissimum C in principio librorum explicandorum eẽ ab expositoribus cõsideranda: ea vero sunt intẽtio siue propositum: Partes, hoc est diuisio: ordo, atq; vtilitas. Verum aliter dixisse videt Auer. in procemio primi li. Ph. Quo ĩ loco capita, hęc ab expositoribus in initijs obseruanda, octo esse omnino asseuerauit. Hæc sunt, quæ à Græcis, τὰ προλεγόμενα, vocantur, a latinis Prælectiones. Ea autem in hunc se habẽt modum, Intentio, Vtilitas, Ordo, Diuisio, Proportio, Via doctrinæ, Nomen libri, Nomen authoris.

SOLVTIO.

CAPITA hæc ita diuidenda sunt. Nam alia summè sunt F expositionibus debita, vt pote sine quibus interpres ægrè authorem aggredi possit. Quædã vero abundatioris diligentię cã tractantur. Quæ magis vtilia partim, partim & necessaria videbantur, ea Auer. hoc in loco complexus est: cætera vero in Procemio libri Phy. licet Simplicius in cõmentarijs libri Prædicamentorum, x. capita collegisse visus fuerit. Vtcunq; vero res se habent Quinq; hæc, prin-

G cipem locum tenent. Nam ex intentione, ſcopus & materia librorũ excutitur. Diuiſione, rerũ dicendarũ ſeriem & numerũ complectimur. Ordo facilitatẽ & perſpicuitatem rebus dicendis præſtare videt. Vtilitas laboris p̃miũ pollicet, excitatq; animos ſcię ꝺſyderio et cupidtate.

DICIT Commentator in Proœmio, propoſitũ & intẽtionẽ Ariſto. eſſe in Poſterioribus Analiticis agere de Demr̃onibus & definitionibus. Oppoſi-

H tũ vr̃ voluiſſe, dũ inquit 2. Poſt. 38. ea quę ſcribuntur in. 1. lib. de Demr̃one, fuiſſe expoſita & dicta pp ea quæ habẽtur in. 2. lib. Inde. n. conſtare vr̃ vnicam eſſe intentionẽ, hoc eſt ſolam definitionem, non aũt demr̃onem. Et eſt rõ: nam ſi demr̃o traditur in his libris, prout illa ducit nos ad perfectam rei conceptionem et formationem, hoc eſt definitionẽ, ſola definitio videtur finis, ſcopus & intentio.

SOLVTIO.

I SCIRE oportet commentatorem voluiſſe ſubiectum adequatum libri Poſter. eſſe inſtrumentũ ſciẽdi. Tũ quia in Epitomatibus logicis inquit, oĩa conſyderata à logico, eſſe conſyderata vt inſtrumenta notificãdi: tum quia ſcire eſt ſubiectũ ĩ Logica 3. Cœli. 4. Nã cum ſcĩa perfecta ſit duplex, vel ſubſtantiarũ, vel accidentium: ſubſtantia vero per definitionẽ innoteſcat, quemadmodũ accidentia p demr̃onem, vt ſcribit Ariſt. 2. Poſter. tex. 2. & 7. Metaph. tex. cõ. 14. & idem colligitur. 4. Met. 13. & 7. Met. tex. com. 17. & 19. ob id Logicus explicans inſtrumẽta ſciendi res, tenetur notificare Demr̃onẽ & Definitionẽ, quæ duo conueniunt in hac rõne cõmuni analoga, vt iſtr̃m ſint ſciẽdi. Itẽ conſyderans Auer. hoc inſtrumentũ diuidi in Demr̃onẽ & Definitionẽ, aſſignat hoc in loco pro intentione hæc duo: q̃ſi duo ſubiecta partialia. Nam L de Demr̃one in. 1. libro. de Definitiõe in. 2. tract. Ariſt. Sicq; locutus eſt in hoc Proœmio, cum duplicem viſus eſt intentionem attuliſſe. Verum cũ ex his duobus inſtrumentis, demonſtratio ſit diſcurſus, definitio vero non, cumq; poſt diſcurſum, intellectus cupiat propriam exercere vim, & facultatẽ, q̃ eſt, colligere ſub breuiſſimo verborũ cõtextu definitionẽ, ob id habita demr̃one, eam ad definitionẽ reducimus, dicentes, terrę interM poſitio eſt priuatio luminis Solis in Luna, Eclypſis eſt terræ interpoſitio, igitur Eclypſis eſt priuatio luminis Solis in Luna: qua demr̃one cõſtituta, ĩde educitur definitio ſolo ſitu differẽs, vt ſcribit Ariſt. 1. Poſt. te. 22. & 2. Poſter. te. 10. Eſt aũt definitio talis, Eclypſis eſt priuatio luminis Solis in Luna ob terrę interuẽtũ. Ex quo patet Ariſt. & ſuũ Commẽtatorẽ voluiſſe demr̃onẽ nõ differre à definitione pfecta

A cta ſubiecto & re, ſed ſola rõne, hoc eſt terminorũ ſitu & poſitione. Qđ cũ ſit, quid vetat, qn ea q̃ ī.1.lib. dicunt, ſint dicta ob ea quæ cõtinent in. 2. cum iam ſatis conſtet, hęc duo inſtrumẽta, q̃ dicunt demr̃o et definitio, eſſe idẽ: & demr̃onẽ referri ad definitionẽ nõ vt ab illa pficiat ſed breuiloquñ cã, & vt poſt diſcurſum cõcipiat ītellectus definitionẽ, tãcq; breuiorẽ & expeditiorẽ ſermonẽ. Eſt.n. definitio breuiſſima oratio, vt colligitur
B ex Platonis Sympoſio, & ex.1. Top.ca.4.et.7. Top.cap.2. Itaq; dicendũ intentionẽ eſſe vnã huius libri, itẽ & duas, Vnam re & ſubiecto ipſo: et eſt inſtr̃m ſciẽdi. Duas vero rõne diuerſas, q̃ duo partialia ſubiecta cõſtituũt neq; hoc inconuenit, cum plura hæc ſubiecta partialia vocata poſſint in eadem arte & facultate conſtitui non aũt adequata. Nã ab adequato ſubiecto rõne formali cõtracto, ſcĩa vna eſt: q̃
C circa illud vnũ dici neceſſe ẽ. Id ample colligitur.1. Poſt. tex.43. Vtrũ aũt hoc inſtr̃m ſciendi finis ſit & ſcop⁹ Logicæ tractationis, vt demr̃o eſt, an potius vt definitio hoc p̃ſentis nõ eſt ſpeculationis. Nã cum hæc ſit queſtio longa ſanè, & perdifficilis, qm̃ Græci expoſitores demr̃onẽ finem eẽ Logicę voluere, alĩ vero definitionẽ, & Auerroys modo in hãc, mõ in illã partem inclinare videt, ob id conſulto hęc miſſa faciã, nã de hac ipſa re lati⁹ et copioſi⁹ alibi diſſerem⁹. D

DEMONSTRATIONES componũtur duplicibus rebus &c. Ait commẽtator demr̃onẽ conſtare ex materia & forma, ſiue ex eo quod materiei & formæ, proportione rñdet. Ea tñ lege, vt generalẽ ſyllogizandi rõnem, formam dicamus: præmiſſas verò neceſſarias, eius materiam. Oppoſitũ habetur in p̃dicabilibus cap. de dr̃ia, ſuper illis verbis Porphyrñ, rebus ex materia & forma cõſtãtib⁹ &c. Quo in loco & Porph. et Auer. E dicunt Genus eſſe materiã, differentiã formam. At cũ ſyll'sgenus ſit demr̃onis, ſyll'i Topici, et Sophiſtici, materia videbit̃ non forma. Cumq; p̃miſſę neceſſariæ diſtinguant demr̃onẽ à cæteris ſiue Topicis, ſiue Sophiſticis ſyll'is, non quidẽ materia ſed forma, viderẽtur eẽ dicẽda.

SOLVTIO.

HVIC contradictiõi ſic puto occurrẽdũ eſſe. Etenim Auer. ſimpl'r ac proprie loquẽdo Genus nõ diceret materiã, neq; dif F ferentiã formã, qm̃ & Porphyrius ipſe, Genus eſſe materiei p portionatũ voluit, vt & ipſam differentiã formę. Qñquidẽ vera cõpoſitio ex materia & forma ī rebus ẽ naturalibus, nõ in his q̃ à rõne ipſa ducunt & conſtant. Amplius hoc in loco demr̃onẽ inquit Auer. cõſtare ex eo quod vice fungit̃ materiei, et vice formæ, nõ aũt ſimpliciter de materia, & forma locutus ẽ:

G In his aũt, quæ vel ĩproprie vel per vices dñr, regula tm̃ ꝑ quã-dã ſimilitudinẽ venit intelligenda, nõ aũt ſimplr. Ob id cõmẽtator, Genus appellat alibi formã cõmunẽ ſiue vſem & dr̃iã, formã ꝓpr̃iã, vt legit. 2. Ph. c. 28 91. et. 7. Me. 43. qm̃ Gen⁹ ſimplr ſumptũ notio ẽ, et ꝑ cõſequẽs ẽ foꝛa, ſ; hæc forma cũ cõis ſit, vice materiæ conſtitui põt. Eſt & alia ſolutio. Auerroym hoc in loco nõ accepiſſe ſyll'm vt gen⁹ demr̃onis, nã eo mõ materia di
H ci põt: Sed vt quoddã abſtractũ à re neceſſaria, dialectica & Sophiſtica: & hoc mõ forma quę dã communis eſt, illa vero videtur materiæ, ad ipſam cõem formã cõparata. Quo mõ item dicimus numerũ in Arithmetica eſſe ſimplicẽ formã, cum tñ genus ſit numeri harmoniã habẽtis: nã vt quodã abſtractũ cõcipitur numerus, ſicq; forma eſt, & numerus harmònicus cũ in re & materia concipiatur, eſt illi materia, licet numer⁹ ſimplr,
I vti genus eſt, harmonici, illi ſit materia, & harmonicus forma.

INCEPIT hic ſermonẽ facere de altera re, remanẽte ad cognitionem ſyllr̃i demr̃atiui &c. Vult Ariſt. in Poſteriorib⁹, agere tm̃ de materia neceſſaria, cũ de forma demr̃onis tractauerit ĩ lib. Prior. oppono huic ſnĩę, ex eodẽ Auerroe ſuper tex. 31. primi lib. Poſte. Nã eo in loco docet Ariſt. q̃ forma ſyllogizandi vtilis ſit demõſtrãti, et ait, eã eẽ primũ modũ primę figurę. Cui K aſſentiẽs. Auer. cõ. 103. vr̃ falsũ hoc, qd in ꝑſentia dicit, demr̃onis formã fuiſſe explicatã ĩ lib. Prio. in Poſter. verò in materiã.

SOLVTIO.

FORMA ſyllogiſtica, de qua in Prioribus Reſolutorĩs agit Ariſ. licet ſit cõis demr̃anti, Topico et Sophiſtę attamẽ p̃cipue ad ipsã referr̃ demr̃onẽ. Qd̃ ſignificare vr̃ Ariſ. in primis verbis libri Priorũ. Siquidẽ dãs ille ſcopũ totius ſyllogiſticæ tractatiõis, inquit hũc eẽ Demr̃o- L
nem, dicens, Primũ dicere circa »
quid & cuius intẽtio eſt: qm̃ cir »
ca demr̃onẽ et demonſtratiuæ »
ſcię. Ex quibus conſtat librũ il- »
lũ fuiſſe ſcriptũ, tanquã ob formã demr̃onis. At ĩ tex. 31. primi lib. Poſt. dicere Auer. fuiſſe obiter mentionẽ factam de forma demr̃onis, nõ ãt ex ꝓpoſito prĩcipali. vel dic, q̃ liber Priorũ tãgit formam demr̃onis ſub rõne quadã cõi. Sed. 1. Poſt. 31. ea exprimit̃ magis diſtĩctè, cũ eo in
loco dicat Ariſt. nõ tm̃ primã fi M
gurã eſſe vtilẽ ad demõſtrãdũ, ſed ſolũ primũ modũ hoc eſt, illã cõplicationẽ quæ tribus cõficit̃ propõnibus vlĩbus & affirmatiuis: q̃ modus à latinis Barbara dr̃, à Gręcis vero σχήματα.

QVID ſit Significatũ Analeſis. &c. Dãs. cõmẽtator cauſam inſcriptionis huius libri, vult ipſum dici Analiticũ, hoc eſt Reſolutoriũ, vt ẽt Græci dicũt, qm̃ demr̃onẽ reſoluit in ſua princi-

pia

A pia. Eſt. n. reſolutio à cõpoſitis ad ſimplicia, cõpoſitio à ſimplicibus ad cõpoſita, quo fit vt hi duo proceſſus, cõtraria rõne inuicẽ recurrãt. Qđ ẽt dixit Auer. in Prioribus Analyticis, et. 1. huius cõ. 93. & Lucidiſſ. Themiſt. 1. Poſt. cap. 26. reſoluere (ĩquit) appello, cõcluſione poſita, principia venari, à quibus ipſa concl'o pendet. Verũ ĩ vniuerſo hoc Proœmio, vult Auerr. docere nos Ariſt. ipsã cõſtruere demõnẽ, et ſingulas ei⁹ ſpẽs cõponer̃.

B SOLVTIO.

DICENDVM, ni fallor, Ariſto. librũ ſuũ inſcripſiſſe Reſolutoriũ, qm̃ ſemp cõcl'onẽ ſupponit factã, eamq; docet ĩ ſua principia reſolueṙ. verbi cã, reſoluit concl'onẽ illã demõſtratiuam, Triãgulũ habere tres, & aliam quoq; cõſimilẽ in ſua principia Vera, Prĩa, Immediata, Notiora, Priora, & Cauſas: qua reſolutiõe facta, mox retrocedẽdo acC vltĩa primis cõparãdo, diſcim⁹ ipſam poſtea cõponere demõnẽ, cũ vnumqđq; reſoluatur in ea, ex quibus cõponit. Quo ſtãte, efficit vt Ariſt. ordine Reſolutorio vtaṫ, ſimulq; doceat ipſam cõponere demõnẽ: Etenĩ plerunq; in artibus, Reſolutio finis, cõpoſitionẽ artis antecedit: qđ Gale. ſcribit in libello de Medicæ artis cõſtitutione.

TRACTAT. n. ille has p̃miſſas ſm numerũ ſuarũ ſpẽrũ &c. Hoc in loco vult cõmentator, Ariſt. agere ĩ. 1. lib. Poſt. de Spẽbus & cõdõnibus p̃miſſarũ demõnſtratiuarũ. Quæ ſpẽs, cum cõiter eẽ dicanṫ Demõ ſimpl'r, cauſæ, & Signi, ob id oppoſitũ vĩ dixiſſe Auer. 1. Poſte. cõ. 7. in principio. Vbi demõnẽ ſimpliciter inquit eſſe tantum Scopũ Ariſt. non autem cæteras. D

SOLVTIO.

DICENDVM, Auerroym vbiq; voluiſſe demõnẽ eſſe nomẽ analogũ, qđ dr̃ ſm prius & poſteri⁹. Hoc habeṫ expreſſe. 1. poſt. c. 95. et ĩ. 8. q̃ſito đmr̃atiuo apđ cõmentatorẽ. idẽ đq; elicit E ex. 1. Poſ. c. 7. ĩ prĩcipio. Nã pri⁹ demõ ea eſſe dr̃, q̃ potiſſima à latinis vocaṫ, & ſimpl'r ſiue dãs cãm & eſſe apud Auer. Scđo loco ẽ demõ p̃p qd, & quia: quarũ altera dat ſolã cãm, altera vero ſolũ eẽ. In eãdẽ ſnĩam deuenere Græci oẽs. Nã Themiſt. 1. Poſte. ca. 4. vult ſcĩam definitã ab Ariſt. in tex. 5. cũ ait, ſcire eſt rẽ p̃ cãm cognoſcere &c. eẽ ſcĩam propriè et ſimpl'r dictã, q̃ ſimul abſoluit duo q̃ſita, nẽpe an ſit, F et p̃p qd. Quę ſcĩa apud Them. priorẽ ſibi locũ vẽdicat, dignitate (inquã) ac p̃fectiõe. At Philoponus & ipſe nomẽ demõnis diſtinguit, in eã q̃ dr̃ primæ & in eã q̃ dr̃ ſecũdæ mẽſurę. Prior eſt, perfectiſſima, atq; abſolutiſſima demõ, ſecũda vero eſt demõ viribus ingenĩ noſtri accõmodata. Quibus ſtantibus, dici põt, hoc in loco Auer. intellexiſſe Demõnẽ in genere analogo: cuius ſunt illæ tres ſpẽs iã expo-

G ſitę. In te. 5. aũt vult illã demõnẽ tm̃, q̃ ſimplr dr̃: qm̃ ibi Ariſ. definit demõnẽ cõſtãtẽ ex immediatis principijs, facientibus ſcire ſimplr, vt ipſe nõ tm̃ Auer. ibi dicit, ſ3 et Latini, et cęteri oẽs exponẽtes. Quo mõ hę ſpẽs triũ demõnũ iter ſe differãt, id alio in loco nobis negociũ faceſſet.

SCRVTATVR inquãtũ cõducũt hoiem ad pfectã aſſertionẽ, pfectãq; cõceptionẽ etc. Hẽt hic Auer. cp Ariſt. in Poſterioribus Analiticis nõ cõſiderat demõnẽ, H entibus ac rebꝰ ipſis cõiunctã, id. n. opus eſt illarũ diſciplinarũ, q̃ de rebus cõtẽplant. Verũ Ariſt. (inqt) ſolũ eas dr̃ias demõnis tenet expẽdere in his libris, q̃ generatim faciũt aſſertionẽ, hoc eſt verificationẽ de q̃ ſitis naturaliter ignotis, quęq; ẽt ducũt nos ad perfectã rei conceptionẽ, hoc eſt definitionẽ. Oppoſitũ hẽt Ariſ. & ipſe Auerr. 2. Poſt. à te. 2. vſq; ad. 8. vbi ſcribitur demõnẽ ñ poſſe nobis elargiri definitionẽ. Nã ſi hoc fieret, I cõmitteret petitio principij: qđ vitiũ, maximum profectò eſt ĩ diſputatione, & argumentatione, pręſertim demonſtratiua.

SOLVTIO.

QVICQVID alij ſibi velint in hac re, dicerẽ Auerroym hic nõ affirmare demõnẽ cõcludere definitionẽ: ſed nos cõducere ad ipſam. Atq; hoc totũ ſumpſit ex doctrina Ariſ. 2. Poſt. te. 9. et 10. q̃ ĩ loco determinat expreſſe definitionẽ educi p demõnẽ, ñ aũt cõcludi. Exẽplũ habes in. 8. K q̃ſito, vbi Auer. ĩquit demõnẽ eẽ potẽtia definitionẽ hoc mõ. Terrę obſtructio eſt priuatio luminis Lunæ, Eclypſis eſt terrę obſtructio, itaq; Eclypſis ẽ priuatio luminis Lunę. Hęc eſt demõ q̃ poſtea cõducẽs ad definitionẽ, ſic reſoluit, Eclypſis eſt priuatio luminis Lunę, ob terrę obſtructionẽ. Hinc cõſtat definitionẽ elici, nõ aũt cõcludi, ob rõnes dictas. Sed vtrũ definitio impfecta & materialis p ipſam cõcludat đmõnẽ nec ne, itẽ an L ſyll'o Topico adſtrui poſſit, an potius alio genere rõcinatiõis, id ſuis ĩ locis patebit. Meũ. n. cõſiliũ nõ eſt hoc in loco magnas abſoluere qõnes, ſ3 cõtradictiones tm̃ de medio tollere. illđ vero ſufficiat dixiſſe ĩ pſẽtia cp via q̃ venamur definitiões ſm Hip poc. eſt demõ, ſm Pla. diuiſio, ſm Ariſt. eſt cõpoſitio, vt hr̃. 1. de Aĩa. c. 5. et cp hęc Ariſt. fuerit ſnĩa cõſtat legẽtibus. 6. Met. c. 1. Si qs tñ hęc velit videre copioſius, ſeſe transferat ad duo illa M Auer. quęſita Primũ. ſ. & Octauum demonſtratiuum.

DEFINITIONES vero ſcrutaẽ hic etc. Ait cõmentator, Ariſt. in. 2. Poſt. cõſiderare definitiões ſm earũ ſpẽs. Oppoſitũ ł3 legere. 7. diuinæ Philoſophiæ 12. & infra. vbi habet Metaphyſicũ cõſiderare q̃dditates & definitiones entiũ. Ibi. n. Ariſto. in principio illiꝰ ſeptimi, determinat entia eo mõ quo ſunt, definiri:

A ri: ob idq; cõcludit ſubſtãtiã p̃cipuè definiri, qm̃ eſt maxime Ens: accidentia vero minus p̃cipuè, qm̃ nõ ſunt primũ entia, ſ3 ſecundario. Ecce itaq;, quo pacto Metaphyſici munus eſt, nõ logici agere de definitione.

SOLVTIO.

DICENDVM definitionem aliqñ eẽ Problema, hoc eſt facere contẽplabilẽ diſputationẽ ex ꝓbabilibus: Sicq; à Topico venit cõſiderãda: de hac.n. abunde agit in.1.&.6.lib. Topic. In-
B terdũ definitio inſtr̃m eſt, quo venamur qđ qd eſt eẽ in rebus: atq; hoc mõ ꝓtinet ad fm librũ Poſteriorũ. Etenim Logicus inſtrumẽta cõſiderat, vt author ẽ Auer. in Epit. Logicis. Quocirca, ars vel facultas iſtrumẽtaria, ipſa Logica dicta ẽ. Definitio vero vt q̃dditas eſt, huiꝰ atq; illius Entis, ſic à diuino Philoſopho venit tractãda. Qua rõne de ea diſſerit Ariſt. ĩ.7.et.8. Metaphy. Tu vero vide ibi, hæc latius ac diligentius cætera.

C QVONIAM nõ eſt inuenire rẽ aliquã in definitionibꝰ etc. Habet Auer. tractationẽ de definitiõe nõ fuiſſe diuiſam in partem de materia, et in partem de forma illius, quo mõ tractatus de demr̃one diuiſus habeẽ. Nã lib. Prio. de forma demr̃onis loquiẽ, liber verò primus Poſter. de illius materia. Oppoſitũ leges in p̃dicabilibꝰ cap. de dr̃ia, vbi ſcribiẽ definitionẽ hẽre genus ꝑ materia, & dr̃iã pro forma. Item.2.Phy.23.&.91. dicit D
Auer. definitionem conſtare ex genere tanquã ex forma cõi & ex dr̃ia, tanquam forma ꝓpria. Item Ariſt. & Auerr. in vltĩo te. ſecundi Phy. expreſſe voluere in definitiõe eſſe materiam, vel eſſe poſſe.

SOLVTIO.

NON negat Auer. hoc in loco definitiões nõ habere partẽ materialẽ aliã, aliã formalẽ, verũ hoc dicit, đfinitiõis tractatio
E nẽ nõ diuidi in librũ de forma, & in librũ de materia: quo mõ diuiditur demr̃o. Differentiç cã hæc eſt, nam demr̃onis forma, quæ ſyll'us eſt, etiam Topico et Sophiſtico ſyllogiſmo accõmodatur, iccirco oportuit Ariſt. cõſiderare ſyllogiſmum tanquam communem formam in Prioribus Reſolutorĩjs. Definitio vero cum vnica ſit, atq; indiuiſibilis, vnicam voluit tractationẽ, in qua omnia explicarẽtur, quç ad ipſam pertinent definitionẽ
F conſtituendã. Propterea factũ eſt, vt ſecundus liber Poſt. ſuffi ciat pro ipſa definitione tractãda. Nam ibi partes componentes tradit Ariſt. atq; eius ſpecies tres, definitionẽ ſcilicet quæ eſt principium demonſtrandi: & illam quæ cõcluſio dicitur: ac poſtremo tertiam, quę dicitur ſolo ſitu differẽs, vide pro hac re te. 22. primi lib. nec nõ te.10. ſcđi.

PRINCIPES vero partes ipſiꝰ &c. Hoc ĩ loco tãgit Auer. diuiſionẽ libri Poſter. ac ſi diui-

G sio sit de capitibus neceſſarijs: cũ tñ oppoſitũ idẽ habeat. 2. Poſte. c. 23. 24. vbi vnà cũ Ariſt. reprehẽdit Platonẽ, putantẽ diuiſionẽ eſſe inſtrm neceſſariũ. Nã Plato in Philebo, rõnẽ diuidẽdi cœlitus nobis à dñs traditã ferè exiſtimabat, diuinũ donũ eã appellans. At Ariſt. cõtra obꝯcit, illã eẽ ifirmiſsimã rõnẽ, cũ petitionẽ pricipꝫ videat cõmittẽ.

SOLVTIO.

DICENDVM, ꝙ illa diuiſio ab Ariſt. confutata in. 2. lib.
H Poſt. eſt argumentũ ſiue ſyllus diuiſiuus, quẽ vult Ariſt. nõ poſſe neceſſario cõcludere, præſertim definitionẽ. Verũ hęc diuiſio q̃ inter Prælectiões adnumerari ſolet, eſt ordo tm̃ quo docẽtes vtunt in tradenda cognitione diſciplinarũ. Qui licet docenti nihil ſit neceſſarius, addiſcenti verò ſummopere ẽ vtilis. Quocirca, dicebat Auer. in. 1. lib. Suarũ Collectanearũ, diuiſionẽ fuiſſe inuentã, ob infirmitatẽ ingeñ ſcolariũ. Et de hac diuiſione
I pſens hic loc⁹ venit itelligẽdus.

IVVAMEN vero eius ẽ primariũ &c. Tangens hoc in loco Auer. vtilitatẽ libri Poſt. vr̃ omnino aſſerere, ꝙ ſit rerũ omniũ veritatẽ inſtituere q̃ vtilitas ẽ, principalis totius Logicæ. Oppoſitũ vr̃ voluiſſe cõmentator 1. Ph. 35. &. 2. Met. 15. &. 7. Me. 2. Nã ſi Logica eſt modus ſciendi, nõ ãt ſcia ſpeculatiua fm Auer. nõ vr̃ dici poſſe, Logicã, aut aliquã eius partẽ parere in nobis veritatẽ Entiũ. Id. n. propriũ eſt K
earũ facultatũ, q̃ Theoriã faciũt qualis ẽ Philoſophia naturalis, diuina, & Mathematicã. Accedit Logicã nõ eſſe de rebus ſiue Entibus, ſed de ſecũdis notionib⁹. Accedit, ꝙ Auer. dixit ĩ hoc Proœmio ſuperius, demr̃onem hic cõſideratã ab Ariſt. nõ eẽ applicatã huic aut illi enti, ſ3 quid cõducens ad cõceptionẽ. Quõd vero aliã Logicę vtilitatẽ tribuerit Auer. alibi, clarè id cõſtat legẽtib⁹. 1. ph. c. 35. vbi hẽt, ꝙ Logica vtimur ĩ ſciẽtiꝫ dupl̃r: vel ꝓ L
inſtrõ diſtiguẽte verũ à falſo, q̃ mod⁹ ẽ illi ꝓprius: vel ꝓut accipim⁹ declʼata ĩ ea, ꝓ dignitatib⁹ ad aliqd vel cõſtruendũ vel deſtruẽdũ. Poſtremo cum hac via ſũt Ale. ĩ Proœmio li. Prio. Ammonius ĩ pfatiõe Prędicabiliũ, & Prędicamẽtorũ, & Philopon⁹ in Priorib⁹, Analiticis: q oẽs volũt, Logicã dici inſtrm, nõ pẽ philoſophię, et ꝓ cõſequẽs ñ erit ſcĩa ſpeculatiua: rõ horũ eſt, qm̃ ſpeculatiuę diſciplinę conſi
M derãt res ſolidas et q̃ ꝓ ſe ſũt. Logica aũt notiões et fabra animi. Nã ſubiectũ ſcĩarũ, ẽ vera ac ſolida res: q̃ aũt ĩ Logica tractant rerũ ſũt notiões. Cui opĩoni arridet authoritas Ariſto. 6. Me. à principio. Quo in loco diuidẽs ſcĩam, eã tm̃ ĩactiuã ſecat et cõtẽplatiuã: ſub quib⁹ mẽbris Logicã ñ cõtineri neq; enumerari, cuilibet patere pt: et ſi Scotus & Antonius Andreas Logieã eſſe ſciẽtiã propriè dictã voluerint.

Solutio.

A SOLVTIO.

AN logica ſcientia ſit, vel ars, an facultas potius, & inſtrumẽtum hoc in loco non eſt conſiderandum. id enim latius, ac fuſiꝰ alibi haberi poteſt. Quantum autem ad contradictionem pertinet, dicẽdum re vera ex Auer. fundamentis duplicem eſſe felicitatem hominis, actiuam & cõtemplatiuam. id enim voluit Ariſt. x. Ethic. licet contemplatiua beatior ſit vita actiua.

Cumq; felicitas hęc contempla
B tiua comparetur diſciplinis & ſcientijs ſpeculatiuis, vt Auer. teſtatur in proœmio Phyſic. hinc conſtat logicæ vſum & vtilitatem eſſe, vt diſtinguamus verũ à falſo, ea ratione, vt veritas confirmetur, & falſum infirmetur. Ob id liber Poſter. cum agat de demonſtratione, ac definitione, quia ſunt inſtrumenta omnium entium, (nam demonſtratio ob accidentia inuenta eſt, vti definitio ob ſubſtantiam) conſtat
C hunc librum inſtituere veritatẽ omnium entium, hoc eſt in omnibus docere verum a falſo diſtinguere in ratione communi, ſingulis rebus applicabili. Vult itaque Auerro. hunc librum eſſe adeo vtilem, vt exiſtimemus illum eſſe inſtrumentum felicitatis, non partem felicitatis. Ex quibus iam patet Contradictionis vim nullam eſſe. Non enim hic liber eſt rebus applicatꝰ, ſed poteſtate applicabilis omnibus entibus. Verum de ipſa hominis felicitate, ſecũdum philoſophiæ D opiniões, vide quę habet Auer. tertio de Anima commento 36. Et in libello de Felicitate. Item Ariſto. primo Ethic. cap. 6. & 8. Necnon x. Ethic. cap. 9. & 17.

VERVN tamen ordo ipſius &c. ordinem Auerr. tangens libri Poſter. vult ipſum proxime ſequi lib. Priorum. Rationes affert tres: quibus enititur adſtruere librum Priorum antecedere. Prima eſt, quoniam ille liber de communi ratione ſyllogizandi E pertractat, commune vero ordine doctrinæ præcedit propriũ. Cæteras duas rationes omitto tanquam perſpicuas: tum quoniam ab eodem Auer. expoſitę fuere in proœmio Phyſic. Circa primam rationem, dum ĩquit commune præcedere proprium, videtur apparẽs contradictio, etenim primo phyſic. cõmento ſecundo, & tertio. videtur voluiſſe oppoſitam ſententiam. Nam eo in loco vult cõ-
F poſita ex elementis, quæ ſpecies ſunt ſpecialiſſimę, notiora nobis eſſe, quam cauſæ & prĩcipia cõmunia rerum naturalium. Idẽ quoque videtur voluiſſe primo poſter. 12. quo in loco exponens verba Ariſt. in tex. quinto. ſecũdum veterem ſectionem, quę dicunt, Priora & Notiora dupliciter teſtatur notius nobis eſſe minus vł̃e, etenim nobis notior eſt hõ, & lapis, & plãta, quã vel primũ mouens, vł̃ prima materia.

So

G SOLVTIO.

NON me latet, ad hanc contradictionem pertinere quęstionem illam, quæ dicitur de primo cognito. Quæ cũ aliena sit prorsus ab hoc nostro instituto, iccirco transmittendi sunt studiosi ad proœmium phy si. Aristotelis. Verum quicquid voluerit Philoponus, tenens primum cognitum esse indiuiduũ vagum: quicquid & D. Thomas, volẽs magis vniuersale nobis esse notius, pro ipso Auer. di
H cerem, non ab re voluisse in secũdo, ac tertio commento primi phy sic. via doctrinæ notiores esse species ab elementis productas, quam causæ sint earum cõmunes, cum species sensui peruiæ sint, causæ vero sensum ipsum lateant. Propterea iubebat naturalem procedere a speciebus ad ipsas causas, vtiq; illa demonstratione, quæ a signo dicitur. At in explicandis rebus, ordine ipso vtimur ex aduerso, ab vniuersalib⁹ ad propria: qui
I ordo demonstratio non est, sed rerum dicendarum series. Quo modo videmus vniuersalem cognitionem anteire specialem. id enim voluit Arist. primo poste. tex. 3. vbi scribitur primum nos scire in vniuersali, postea in particulari. idem primo phy si. tex. quarto. ex vniuersalibus, inquit in singularia ferri oportet. idem primo phy sic. 57. primũ, inquit communia oportet contemplari, deinde propria. At idẽ tertio phy. secundo: communia, in K
quit, præcedere propria. In quã sententiam venit Commẽtator, dicẽs, ordine doctrinæ communia præcedere: nam via doctrinæ oppositum contingit. Hoc idem consonat vsui, quem Aristot. passim seruat in omnibus libris naturalis philosophię: nam primũ de rebus communi quadam ratione differit, mox propria magis, & distincta. Ad hoc etiã videtur pertinere id, quod Latini expositores dicunt, min⁹ vniuersale esse notius quam ma L
gis vniuersale in causando: vt homo notior est nobis quã prima materia: at magis vniuersale, quod in prædicando appellant, notius est specie: vt animal notius est homine, cum ipsum definiat, atque explicet. Quam distinctionem videtur voluisse Auer. primo poste. 11. tu vero diligentius hæc habebis in primo phy sic.

QVIDAM autem putauerunt, &c. Auer. dans ordinem M
lib. Poste. cum libro Topic. iudicat hũc omnino antecedere Topica: damnatque Auicennã, qui libros Topicos iubebat esse constituendos, ac legendos ante posteriora. Verum videtur manifestissima cõtradictio inter hũc locum, & in libello eiusdẽ Auerrois de locis topicis, vbi ille asserit omnino librum de locis topicis esse ante posteriora legendũ. Item videtur contradicere hic locus consuetudini Arist. qui &

in

A in logicis & in phyſicis, de reb⁹ diſſerẽs, primum logice, ac probabiliter diſputat, mox reſolutorie, ac demonſtratiue.

SOLVTIO.

DICENDVM Ariſtotelem, primum diſſerere topice, mox per demonſtrationes, vt veritatem facilius inquirat: nam & ipſe primo Topi. cap. 2. teſtabatur dialecticas rationes vtiles eſſe p veri inquiſitione. Dumq; hoc facit Ariſt. ex nobis notioribus procedit. Interdum Ariſt. poſt
B rationes neceſſarias, vtitur probabilibus, ac topicis argumentis, vt ueritatem, uulgi opinione confirmet. Cum itaque uel altero, vel altero modo procedimus, id nihil habet affinitatis cũ ordinandis libris. Itaque & ſi probabiles rationes antecedant demonſtratiuas (quod tamen non eſt ſemper) quid prohibet, vt neceſſario liber poſteriorum antecedat Topica? Nam in ordinandis, ac digerendis libris, ordine vtimur apud Ariſt. compo
C ſitiuo, qui fit a ſimplicioribus. Talis ordo profecto incipit in logicis a libro prædicamentorum & tranſit ad librum de Interpretatione, inde ab hac, componendo, ferimur ad librum de ſyllogiſmo, qui dicitur Priorũ. Quo cum ventum eſt, iam ceſſat compoſitio hæc, quoniam tria ſeſe nobis offerunt compoſita, nempe demonſtratio, ſyllogiſmus topicus, atque Sophiſticus: quorum trium par eſt, vt qui perfectior eſt, proxime ſubſequatur, D ſecundo loco, qui minus perfectus habetur, ac tandem qui cæterorum omnium eſt īperfectiſſimus. Itaq; libro Priorum abſoluto, ſtatim Poſteriora aggreditur, deinde Topica, mox Elenchos. Ex quib⁹ colligitur aliud eſſe artificium, quo vtimur ī explicandis ſingulis rebus: alium eſſe ordinem, qui in enumerandis, & coniungendis libris, ſeruari ſolet. Qui vero voluerit Auer. alibi librum de locis Topi
E cis eſſe præeligẽdum, id non de Topicis Ariſtotelis eſt audiendum: ſed de ſuo libello ab Auer. edito, gratia cuiuſdam facilioris doctrinæ, & in gratiam Tyronum tantum: quos decet, anteaquam in poſteriora recipiantur quãdam perbreuem aſſumere cognitionem de locis topicis, vt facilioribus aſſueti, diſcant arduа, ac difficilia magis. Verum in regulis docendis, oppoſitum accidit: nam regulæ Demonſtra
F tiuæ cum ſint cauſa cognitionis regularum probabilium, debẽt omnino anteire.

Sed dices, ſi faciliora ſunt cauſa cognitionis, eorum quæ difficiliora habentur, cum regulæ Topicæ faciliores ſint omnino demonſtratiuis, videtur omnino regulas Topicas antecedere.

Soluit hoc in loco Auer. dicens: regulas potius demonſtratiuas facere pro cognitione probabilium, non aũt has pro illis. Ratio eſt, quoniam ſcientia definit opi-

G opinionem, ſiquidem habit⁹ de-
finit priuationem non autem è
diuerſo. Itaq; cum regulæ po-
ſterioriſticæ, ſcientiam pariant,
opinionem vero probabiles, pa
tet a poſterioriſticis eſſe incipiẽ
dum. Cum vero dicis, ea præ
cedere, quæ faciliora ſunt, id ve-
rum eſt via doctrinæ, nõ autem
ordine, quo modo libri inter ſe
comparantur.

DICIMVS enim nos, ꝙ opi
nio ſit ſcientia imperfecta, &c.
Ait Auer. Habitum definire pri
H uationem, non autem contra.
Quoniam dicimus opinionem
eſſe ſcientiam imperfectam, nõ
autem ſcientiam eſſe opinionẽ
perfectam. Hoc etenim in vſu
non eſt. niſi velimus vti defini-
tione, aut explicatione per tran-
ſlationem, quo modo poetæ lo-
quuntur. verum Ariſto. docuit
in ſecundo Poſt. Translationes,
& Metaphoras euitandas omni
no eſſe in ſcientijs. Ex quibus
videtur aſſerere Auer. quòd de-
finitiones non ſunt dandæ vici-
I ſim, ac mutuo. Oppoſitum vo
luit expreſſe Commentator, in
Prædicabilibus, ca. de Specie,
ſuper illis verbis, quod ſi genus
aſſignantes ſpeciei meminimus
&c. Vbi & Porphyr. & Auer,
volunt relatiua definiri mutuo,
hoc eſt reciproce: quod tamen
vitioſum non eſt, cum id circu-
lus non ſit.

SOLVTIO.

SOLVITVR, verum eſſe
relatiua mutuo definiri: id enim
non negat Auerro. hoc in loco: K
ſicq; opinio & ſcientia, vt ſunt
habitus & priuatio, hoc eſt, vt
relatiua, inuicẽ definiri poſſunt.
Neque tamẽ hic eſt circulus, vt
habetur apud Auer. ī paraphra
ſi Met. vt vero abſoluta quędam
ſunt, inuicem non definiuntur.
Nam ſi vt abſoluta definirẽtur,
iam metaphorica explicatione
exponerentur. idque pro abſur-
do habet Auer. cum translatio-
nes, ſermones ſint poetici. Ad cu
ius dicti explicationem ponde-
ra, Auerroym intellexiſſe de il- L
lis translationibus, quæ per ana
logiam, hoc eſt, proportionem
fiunt. de quibus Ariſto. eſt locu
tus ī poetica. ibi enim exempla
illa afferebat, quæ omnino faci-
unt ad huius loci illuſtrationẽ:
nam dicimus phialam eſſe cly-
peum Bacchi, & clypeum dici-
mus eſſe phialam Mineruæ.
Rurſus dicimus mortem eſſe vi
tæ occaſum: & occaſum mortẽ
diei. Addebat autem Ariſto. ibi
& aliud exemplum: quod bre- M
uitatis cauſa prætermittimus.

HVIVS proportio ad reli-
quas quinque artes logicas, &c.
Sentit Auer. hoc in loco artes lo
gicas eſſe ſex: cum tamen in alijs
locis, eã, Singulari numero ſem-
per expreſſerit. Nam in primis
verbis ſuę expoſitionis in Por-
phyrium, logicam eſſe dicit ſciẽ
tiam rationalem: quæ cum vna
ſit, logicam vnicam eſſe, vī dicẽ
dum. ſimili numero eam exprī-
mit. 1. phyſi. 35. & 2. Metaph. 15.

SO-

A SOLVTIO.

STVDIOSISSIMVS Grę corum Auer. non ignorabat, logicam interdum rationalem dici facultatem, interdum ſermocinalem. Cum itaque rationalis dicitur, hoc ſibi propriū nomen tribuitur, atque ea ratiōe diſtinguitur a cæteris facultatib⁹ omnibus, ſiue realibus, ſiue ſermocinalibus. Quo modo eam ſingulari nomine in adductis locis appellat. At hoc in loco per ar-
B tes logicas non rationales facultates, ſed ſermocinatrices intelligit: ſic enim commune nomen eſt, Dialecticæ, Demonſtratiuę, Sophiſticæ diſcipliną, Grammaticam Rhetoricæ, atq; Poeticæ. Nam cum hæ, omnes ſermone vtantur, logicæ omnes vocantur, nomine hoc communi. ſunt autem ſex, vt prędcedens enumeratio colligit. Ad hoc pertinet
C illa communis diuiſio diſciplinarum: quæ dicit, diſciplinas alias eſſe reales, alias rationales, alias ſermocinales. Nam per reales, Moralem philoſophiam intelligūt, diuinam, naturalem, & Mathematicam. Per rationales, logicę partes ſiue methodos tres concipiunt, demonſtratiuā, dialecticam, ſophiſticam. Per ſermocinales, grammaticam audiunt, rhetoricam, & poeticam. Hinc cōſtat logicam eſſe vnam tantum in tres partes diſtributam. Item logicas eſſe ſex, ſi huius nomen commune cum cæteris eſſe velimus. Finis.

CONT. I. SVPER I. TEXTV D
I. LIB. POST.

HABET Ariſt. in hoc text. Tex. 1.
Omnem doctrinam, & diſciplinam diſcurſiuam fieri ex præcognitione aliqua. oppoſitum videtur dicere omnino ī tex. 3. in illis verbis: quorūdam enim hoc modo diſciplina eſt, & non per medium, extremum cognoſcitur. vbi habetur ſingularia facere diſciplinam, ſed eam ſenſu, non diſcurſu acquiri in nobis: quoniam ſingularia nouiſſime, E
& non ex præexiſtente cognitione innoteſcunt.

SOLVTIO.

DICEREM, ſenſum ipſum non per diſcurſum cognoſcere, ſed immediate ferri in ſuum obiectum, niſi fuerit impeditus. vnde Themiſtius primo Poſt. cap. quinto, inquit, ſenſus iudicat niuem eſſe candidam, & hoc ſine vllo medio diſcurſiuo. Et eſt regula in primo Top. cap. 9. cp negātes ſenſum, pœna ſenſus ſunt puniēdi. Rurſus, qui dimmittit F
ſenſum propter rationem, eſt infirmi intellectus. 8. Phyſic. 22. Attamē ſingularia, licet obiecta ſenſus ſunt: poſſunt tamen ex ipſa ſyllogizari ex aliquo vniuerſali præcognito: verum aliter quam per ſenſum cognoſcātur. Etenim ſenſus iudicat, vt pluriū cp ſint, diſcurſus vero concludit aliquid dici, vel non dici de illis. iccirco lucidiſſ. Themiſt. in cap. 3. inquit, viſus cognoſcit hoc eſſe triangulum, at ipſum habere

tres

G tres, cognoſcimus in illa præexiſtente propoſitione, cognitione vniuerſali, ꝙ omne triangulum habet tres. Hinc dicendum Ariſtotelem intelligere hoc in loco generatim, omnem doctrinam, &c. fieri ex præexiſtente cognitione, neque obſtare, ſingularia ſenſilia altera ex parte, non cognoſci hoc modo: præſertī quo ad ſi eſt. Cum vero dicebatur, diſciplinam eſſe de ſingularib⁹ rebus, id concedēdum eſt, verum hæc diſciplina non eſt diſcurſiH ua, illa inquam, quā hoc in loco vult Ariſtoteles.

CONT. II.

Tex. 1. HAEC propoſitio, omnis doctrina, &c. videtur ſolum hic cōtinere inſtrumenta diſcurſiua, hoc eſt ſyllogiſmum, inductionē, enthimema, exemplum, & diſciplinas diſcurſu, & ratiocinatione acquiſitas, non autem definitionem, quoniam nullum in hoc tex. exemplum habetur, de definitione. Oppoſitum licet legere primo Met. 48. vbi I Ariſt. eandem ſcripſit propoſitionem, atque eam ſtatim explicat exemplo demonſtrationis, & definitionis.

SOLVTIO.

SCIRE debes, hanc propoſitionem, omnis doctrina, &c. accipi hic præſſius, quam in primo met. 48. Hic enim limitata eſt, cū illa particula diſcurſiua, ſiue ratiocinatrix, quę græce eſt διανοητικὴ: quæ & ſi tranſfertur ab Argyropilo, intellectiua, profecto diſcurſiua magis, ex græcę K vocis proprietate vertenda eſt.

Accedit, ꝙ Ariſt. eſſet diminutus, cum exempla quatuor propoſuiſſet in text. de diſcurſu, & nullum de definitione tradidiſſet: quod tamen erat agendum, immo præcipue, cum definitio ſit obiectum intellectus, & cognitio intellectiua. Verum vtcunque legamus, fat eſt propoſitionem fuiſſe limitatam hoc in loco, quod tamen non fecit primo met. 48. ibi enim, inquit, omL nem diſciplinam fieri ex præcognitis: & iccirco potuit tam de ipſa demonſtratione, quàm de definitione exempla proponere. At hic volens eam tātum doctrinam, & diſciplinam, quę aſſertione acquiritur, non potuit definitionem comprehendere. Etenim definitio conceptio quędam eſt & formatio, vt inquit Comment. in quæſito ſeptimo, non autem dici poteſt aſſertio, ſiue verificatio: quoniam aſſere re, & verificare ſunt ſecunda, & tertia operatio intellectus, definitio vero eſt prima intellectus M apprehenſio, vt dicitur tertio de Anima. 26. & primo Poſt. tex. quinto, & vigeſimoquinto. Ex quo patet quàm deuiarit a Scopo Alpharabius, volens ſub hac propoſitione, omnis doctrina, &c. cōtineri definitionem, eum non viderit, eam Ariſtotelē ſcripſiſſe propter ratiocinationes, & diſciplinas, quæ ſola aſſertiōe & diſcurſu perficiuntur, vt exē-

pla

A pla ipſa expreſſe teſtantur. Verum de hac re latius alibi diximus. illud vnum ſufficiat Ariſtotelem voluiſſe hanc propoſitionem preſſius hic, fuſius vero in primo diuinæ philoſoph. eſſe audiendam.

CONT. III.

X. 1. VIDETVR Ariſtotelis hic duo tantum colligere inſtrumẽta, logico accommodata, ſyllogiſmum, & inductionem, cum etiam exemplũ, & enthimema logica ſint inſtrumenta. Nam et
B de illis egit in ſecundo priorum, & primo top. cap. 10. Præterea vult exemplum, & enthimema eſſe inſtrumenta oratoria: cum tamen in rhetoricis dicat, oratorem ẽt ſyllogizare, & inducere.

SOLVTIO.

LOGICAM eſſe inſtrumentariam facultatem dixere Alexãder, & Auer. qui in Epit. logicis, expreſſe animaduertit omnia conſiderata a logico, eſſe inſtrumenta notificandi. Ob id dicimus, nil mirum eſſe ſi logic⁹ con
C ſiderat exemplum, inductionẽ, ſyllogiſmum, enthimema, definitionem, atque alia omnia, cũ æque omnia notificent aliquod quæſitum, licet alia, atq; alia ratione. Cæteræ vero artes omnes ſpecialia inſtrumenta capiunt, a logica, tanquam a communi forte omnium rationum: hisquè vtuntur, pro rata portione, ſibi accommodatis. Hinc eſt, quod Ariſt. alĳs in locis omnia inſtrumenta definit, atque explicat, & præcipue in ſecũdo D
Priorum. at primo Top. ca. 10. duo tantum conſiderat inſtrumenta, dialectico familiaria, & ſunt ĩductio, & ſyllogiſmus, nõ vt habeat logicum nõ poſſe alia conſiderare, ſed vt oſtendat dialecticum vti duobus tantum. Aliud enim eſt conſiderare aliquid, aliud re illa vti. Et hoc ipſum voluit hic. Qui vero dicebatur, oratorem vti ſyllogiſmo, atque inductione, hoc ſane veriſſĩmum eſt, ſed rarius contingit, quam in cæteris. Nam rhetor E
frequentius ſuis vtitur inſtrumẽtis, quæ ſunt exemplum, & enthimema, ex ſecundo Rhetoric. ca. 21. & 23. raro admodum dialecticis. Dialecticus itidem frequentius ſyllogizabit, & inductione vtetur, quàm exemplo, aut enthimemate. Accedet ꝙ inter hæc inſtrumenta cognatio quędam, & ſimilitudo videtur. Nam vt Themiſt. inquit exemplum eſt truncata inductio, quẽ admodum enthimema detruncatus ſyllogiſmus eſſe dicitur. F

CONT. IIII.

RHETOREM, dicit Ariſt. perſuadere exemplis, & enthimematibus: ſed longe aliter videtur in ſecundo Rhetoric. cap. primo dixiſſe. Quandoquidẽ inibi voluit oratorem perſuadere, docendo, mouendo, & conciliando. Exempla autem, & enthimemata nihil videntur habere affinitatis, cum eo, quod eſt mouere & conciliare. Itaq; vel Tex. 1.

con-

G contradictio erit, vel saltem trũcatus erit hoc in loco Aristot.

SOLVTIO.

DICEREM Aristotelẽ hoc in loco expressisse id quod principale est, & accessorium prætermisisse. Nam licet tres sint persuadendi viæ, quibus orator ad finem sibi constitutum properat, tamen via docendi apud Arist. perfectior est, & validior. Orator enim tũc maxime persuadere videtur cum docet. Docet autem argumẽtando. Argu-
H mentatur, vbi enthimemata, & exempla proponit. Hinc constat Aristotelem nõ errasse, quã quam hic solum argumenta dicit ad persuasionem ducere: nã principem locum obtinent rationes, cætera autem sunt exornandi causa. Quod Aristot. indicabat exemplo Areopagitarũ, qui vt omnem motum ab oratore dimouerent, statuerant, vt dicturus, obscuro aut velato in loco, loqueretur. Id constat primo Rhetor. cap. primo.

I CONT. V.

Cõ. 1. COMMENTATOR in commento primo quinque tantum videtur dicere esse artes logicas, cum sex esse illas voluerit in Procemio.

SOLVTIO.

FORTE intellexit quinque alias artes, præter demonstratiuam de qua agit in hoc libro, & ita in vniuersum erũt sex. grammatica, rhetorica, poetica, sophistica, dialectica, & præsens, quę dr demratiua, quã supponebat.

L Forte etiam nunc per atres, potuit intelligere ĩstrumẽta logica: Hęc enim omnia fiunt ex præcognitis, & sunt, Enthimema, Exemplum, Inductio, Syllogismus in genere, & Demõstratio. Prior tamen Solutio magis placet.

CONT. VI.

VVLT Auerrois hãc distin Cõ. 1.
ctionem disciplinarum, ꝙ aliæ sint operariæ, aliæ sermocinales. Priores, inquit, experientia fieri, posteriores oratione, & ser K
mone tractari. sed oppositum videtur voluisse alibi, & in hoc commento, vbi admittit, disciplinas trifariam dici, Reales, Sermocinales, & Rationales.

SOLVTIO.

ARTIVM, & disciplinarũ multiplex est diuisio. Nam ex Aristotele omnis disciplina vel honesta est, vel sordida: secundũ viam Platonis, vel honesta, vel sordida, vel media dicitur. Nã Medicina, Pictura, & similes, M
quæ Sordidæ apud Arist. sunt, mediæ erunt apud Platonem. interdum diuiduntur per Actiuam & Factiuam, vt colligitur in 6. Ethic. cap. 2. 3. 4. Aliquando diuiduntur in Realem, & Rationalem, & Sermocinalẽ, quæ diuisio est, ex obiectis consideratis. Nam philosophia dicitur tota realis, quia de rebus contẽplatur. Grãmatica Sermocinalis est, quoniam sermo eius materia est. Logica est Rationalis,

qm̃

A quoniam entia rationis īquirit. Demum ad Auerroym dicendum, hoc ī loco voluisse primā illam Aristotelis diuisionē, quæ diuidit artes in duo genera, in honestas, quæ sermone docentis acquirūtur, & operarias, quę mechanicæ, & sordidæ nuncupantur.

CONT. VII.

Cō. 1. IN eodem commento vult Auer. sub hac propositione: omnis doctrina, &c. non comprehēdi artes operarias, & mechani-
B cas: quoniam vult illas non syllogizare, oppositum habet tertio de Anima. 48. 49. Nam intellectus practic⁹ hoc differt a speculatiuo, quod Spec. vtitur omnibus propositionibus vniuersalibus: practicus vero particulari sub vniuersali.

SOLVTIO.

DICENDVM syllogismum & id genus esse necessaria, pro docendis disciplinis intellectualibus, non autem pro mechanicis artibus. Neque hoc in loco
C negat Auerrois, operarios posse discurrere & ratiocinari, sed hoc illis non esse necessarium, ut habeat, artes fabriles posse addisci sine vlla pręexistente cognitione. Quod an verum sit, nec ne, vide in quęstionibus ordinarijs nostris.

CONT. VIII.

Cō. 1. DICIT Auer. sub illa propositione, omnis doctrina, &c. nō comprehendi assertionem, & conceptionem, siue vt alij transferunt, cognitionem agentem
D assertionem, & conceptionem: sed ait principalem scopum esse Aristotelis hic tantum velle cognitionem agentem assertionē, deinde etiam dirigentē assertionem, & conceptionem. Ex quibus verbis patet quædam leuis contradictio.

SOLVTIO.

MEVM non est consilium opiniones aliorum omnes hic recensere: quando hæ in infinitum ducantur. itaque, vt Com-
E mentatoris ingenium, & iudicium pateat magis, dicimus ex his, quæ habētur hic & in Epit. logicis in principio, quatuor esse cognitiōes: alia enim est agēs assertionem, & hæc est cognitio complexa pręmissarum, siue antecedentium, quæ ante conclusionem habetur, & a qua tota conclusionis probandæ assertio pendet. secūda est, agens conceptionem: & hæc est formatio intellectus, qua mens colligit totā rei essentiam sub definitione.
F Tertia cognitio est dirigēs assertionem, quę est simplex, & incōplexa notitia eorū ex quibus fit discursus: vt est terminorū, v.g. apprehensio, quibus syllogismus cōficitur. quarta cognitio ē, dirigēs conceptionem, hoc est simplex cognitio partiū definitiōis, quę sunt gen⁹, & dria. Vult itaq; Auer. sub illa Arist. enunciatione, dicente, oēm disciplinā fieri ex pręcognitis, cōtineri principaliter cognitionem agētē discursum,

G siue assertionem, nõ autem agẽtem conceptionem. quoniam si conceptio est, tota definitionis cognitio, hęc faciet æquiuocam Aristot. enunciationem, vt ipse Auerrois deducit aduersus Alpharabium: & tu quære argumenta in commento. Addit postea, ad eandem enunciationem posse referri cognitionem dirigentem assertionem, & conceptionem, quoniam hæ cognitiones cum simplices sint, possunt ex eo, ꝙ pręcognoscuntur
H ante composita, quodammodo sub intentione Aristotelis contineri: sed quod primum volum⁹ hic est cognitio agens assertionem, & discursum. Contradictio itaq; nulla, dum inquit velle cognitionem dirigentem conceptionem, nõ autem ipsam agentem cognitionem. Vtrum autem definitio, siue conceptio possit vniuoce, vna cum assertione, siue discursu hic contineri, id habes diligentius in lectionibus ordinarijs nostris. Hæc hactenꝰ.

I CONT. IX.

Cõ. 1. LOQVENS de partibus definitionis vult Auerr. interdum eas esse ex se notas, interdum syllogismo notificari. oppositum videtur uoluisse 2. post. a cõ. 12. vsq; ad 42. & in quæsito primo vbi definitionẽ inquit, nõ posse demõstrari, & idem intelligit de partib⁹ definitiõis. Nã & ad hoc est illa rõ, si partes definitiõis explicant distincte, id qđ definitũ dicit confuse, vt illas esse notas: notũ aũt nõ cõcludit, sed ignotũ, vt dicit Cõmen. 2. post. cõ. 1. K

SOLVTIO.

DEFINITIO, vt definitio semper significat aliquod notũ, hæc. n. cum a Gręcis dicatur ὅρος hoc est, terminus, ob id quod rẽ terminat, finit, & explicat, necesse est, vt sic accepta sit res perspicua, & manifesta. idem quoque dici debet de partibus definitionis. Ad hoc pertinet id, quod habet Arist. 1. physic. 5. vbi inquit, definitionem distiguere nomẽ, hoc est definitum. Cũ hoc stat, L interdum definitionem, & eius partes, quæsita seorsum fieri, nõ vt definitio est, neq; vt partes definitionis sunt, sed vt problemata sunt, per se constantia, in quo casu, si definitio fuerit ex materia, poterit hęc demonstrari, per aliud genus definitionis quatenus hæc definitio est causa illi⁹, quod notat Auer. in 8. quæsito, & 2. post. commento. 37. 38. 42. Partes vero definitionis si non per demonstrationem concludi possunt, syllogismo tamen concludentur, seruata tamẽ eadem ratione, vt de ipsa definitione. Et hoc voluit Auer. in hoc loco. Sed pondera, ꝙ definitio multiplex est. Quædam est suapte natura manifesta, qualis pręsertim est formalis. Nam forma est principium, vt res fit, & intelligendi 9. met. 20. Secundo loco est finalis: nam finis forma quędam est & perfectio 2. phy. sequitur definitio, quæ ab efficiente ducitur: M

hæc

A hæc enim aliquãdo formæ coexiſtit, vt ſcribit Auerr. 1. poſter. commento 35. nam terræ interuentus cauſa eſt, faciens ſcire eclypſim. Alia & vltimo loco eſt definitio per materiam, quæ ob latentem ſui cognitionem creberrime concluditur, vt notat Themiſt. ſuper tex. 22. 1. poſte. Animaduerte tamen, q̃ definitio hæc, quæ concluditur, ſi vt definitio concludatur dialectice dicitur concluſa: ex ſecundo po
B ſte. text. 8. & commento. 38. cui arridet D. Thomas in expoſitione tex. 5. primi Poſte. ſi vero fuerit ignota, & tanquam quæſitũ concludatur, id poteſt fieri per demonſtrationem ſimpliciter: nam definitio alia eſt principiũ, alia concluſio, alia ſolo ſitu differens a demonſtratione. Exẽpla ſunt ſecundo Poſter. text. 10. & apud Auer. in 8. quæſito. Quantum autem pertinet ad id, quod vult hoc in loco Commentator de definitione nota, & ignota,
C diligenter cõſidera. Nam inquit definitionem fieri manifeſtam, vel quando partes eius ex ſe notæ ſunt, vel ſyllogiſmo. Quod ſi habito ſyllogiſmo partium, adhuc definitio erit ſubobſcura, tunc diuiſione, & compoſitione leuiter confirmabitur: hoc eſt inſtrumento minoris fidei. Si vero definitum fuerit notũ, & definitio ignota ex ſui natura, iam, inquit, demonſtratione concludi poterit. Ex quibus habes, q̃ definitio poteſt per demonſtrationem concludi. item q̃ par- D
tes definitionis non poſſunt ipſam aſſerere definitionem eſſe: nam hæ concipiunt tantum, & nihil aſſerunt. Tu vero hæc animo reconde, quoniam ad plurimos vſus tibi ſuppetere poterunt.

CONT. X.

EXPONENS Auerr. verba illa in textu primo, & aliarum vnaquæque artium. per artes, inquit, non eſſe intelligendas artes mechanicas, vt voluit The- E
miſt. ſed artes theoricas, quod alĩ vertunt, contemplatiuas. Cõ. 1.
Oppoſitũ videtur voluiſſe Ariſto. & Auer. ſexto Ethic. cap. 4. & 6. Nam Theorica eſt contraria Arti. Hæc enim eſt habitus recta ratione factiuus, illa habitus demonſtratiuus. itaq; male videtur hic iunxiſſe duo contraria ſimul.

SOLVTIO.

NOMEN Artis, ſi proprie accipiatur, factiuum habitum dicit ex ſexto Ethic. At ſi id ſi- F
gnificatione communi ſumatur, & habitus factiuos denotat, & ſpeculatiuos. Nam & philoſophia dicitur, ars, vel nomine communi, cum proprie ſit ſcientia: vel quia eſt ars honeſta & liberalis.

CONT. XI.

ARIST. diuidens præcognita vult, de dignitate præcognoſci tantum Quod: cæterum oppoſitum voluit, in text. quinto, Tex. 2.

G vbi ait, de dignitatibus loquens & principijs hæc esse præcognita, non solum in intelligēdo, sed & in cognoscendo ꝙ sunt. Ex quibus constat de principijs prę cognosci quid, & quod.

SOLVTIO.

PHILOPONVS ibi asserit, verū esse, dignitates dupliciter pręcognosci, sed hoc in loco Aristo. alteram prætermisit præcognitionem, tanquam subintelligendam. At hæc solutio, non excusat, sed incusat. Aristoteles H enim in Proœmio non tenetur, quæ necessaria sunt, prætermittere. Latini aliter. Dicunt illud quid, quod de dignitatibus habetur, non esse illarum vti dignitates sunt, & complexa. Etenim septimo met. 19. complexū non definitur. Est itaque quid partium, hoc est subiecti, & prædicati, ex quibus cōstat dignitas. vt verbi gratia, qui cognoscit totum esse maius sua parte, cognoscit prius, quid totum, & quid I sit pars. Itaque dicendum in secundo hoc tex. fuisse expressam eam tantum cognitionem, quæ propria est dignitatum, vt complexa quædam sunt: in quinto vero, vtraque exprimitur notitia: & quæ dignitatibus accidit, vt complexæ sunt, & hæc est præcognitio quod: & quæ incomplexis earum partibus contingit, hoc est, quid.

CONT. XII. K

PRÆCOGNITIONES duas facit Arist. Quid, & Quod. Tex. 2. cum quatuor eē omnino videātur. Nam 2. Post. tex. 1. addit, Si est, & propter quid.

SOLVTIO.

DICEREM aliud esse præcognitiones, aliud quæstiones. Pręcognitiōes in disciplinis tradendis duæ sufficiunt, Quid, & Quod. Prima est quæsitorum. Secunda dignitatum. Tertia posstea, quæ dicitur, quid & quod, est Subiecti. At quæstiones L sunt quatuor, quoniam vel quęrimus simplicem rei existentiā, & quæstio an sit dicitur. Vel quæritur rei definitio, & hæc vocatur quid est. Vel quęritur prædicati in subiecto consistentia, & est, quod. Vel causa cur prædicatum hæreat, vel nō hæreat subiecto, & dicitur, propter quid sit. Hic itaq; Arist. præcognitiōes disciplinarum distinguit: ibi quæstiones scibilium rerum enumerat. M

CONT. XIII.

VVLT, non longe a principio huius commenti Auer. definitionem nominis, migrare interdum in definitionem rei. Inditio sunt (inquit) mathematicę definitiones: quæ cum definiāt circulum, quadratum, &c. nominum sunt definitiones, & tamen mox in definitiones rei cōuertuntur. oppositum secundo Poster. commento. 43. Cō. 2.

SO-

A SOLVTIO.

DICERET Auerrois definitionem nominis ire in definitionem rei in mathematicis, ob earum ſimplicitatem. Cæterum in alijs, differunt, in quibus diuerſas poſſumus afferre definitiões ac deſcriptiones, ex varijs eorum accidentibus, proprietatibusve.

CONT. XIIII.

Cõ. 2. IN fine commenti videtur aſſerere, Quid eſt, antecedere, ſi eſt. Oppoſitum dixit vnà cum
B Ariſto. ſecundo Poſte. tex. commenti 1.

SOLVTIO.

LOQVITVR in non entibus: vt Vacuum, Infinitum. &c. de his enim poſſum⁹ ſcire, quid ſint, & ignorare an ſint. At in 2. Poſt. regula eſt de his, quæ ſunt in rerum naturâ.

CONT. XV.

Tex. 3. COGNITIO ſimpliciter, & cognitio vniuerſalis hic habentur contrariæ. Oppoſitum vide infra in tex. 14. vbi pro eadẽ co-
C gnitione habendæ ſunt.

SOLVTIO.

VNIVERSALE æquiuocum eſt. Aliquando cognitio eſt, communis potẽtialis, & cõfuſa, & contraria eſt cognitioni ſimpliciter, quo modo hic loquitur Ariſtote. dicens poſſe eſſe, vt quid ſit nobis cognitum vniuerſaliter, quod prorſus ignoretur ſimpliciter. Interdum cognitio vniuerſalis ea dicitur, quę de omni eſt, per ſe, & vt ipſa: quo modo vniuerſale, & ſimpliciter
D idem ſunt. Hoc modo infra loquitur tex. 14.

CONT. XVI.

DEFINIENS Ariſto. ſcire, Tex. v.
rem inquit, dicitur eſſe cognoſcere per ſui cauſam, oppoſitum primo phyſic. primo, videtur dixiſſe, vbi ſcientiam, inquit, non per cauſam fieri, ſed per cauſas, & Principia, vſque ad Elementa. Item Scientiam fieri per plures cauſas voluit ſecundo phyſi. 27. & ſecundo Poſterio. tex-
tu 11. E

SOLVTIO.

DICENDVM voluiſſe hoc in loco Ariſt. Scientiam per demonſtrationem ſimpliciter, & eſt illa, quæ metrum, & menſura eſt aliarum ſcientiarum. Hęc enim ſcopus eſt Ariſtote. in hoc textu. vnde Auer. commento ſeptimo animaduertit, hanc ſcientiam ſibi Ariſtotelem hoc in loco proponere. Cui aſſentit Themiſt. cap. 4. volens hic definiri ſcientiam potiſſimam, quæ dat
F nobis de re, vt ſit, & quamobrem ſit. Idem videtur voluiſſe D. Thomas, & Philopon⁹: quod maxime patet ex illo verbo in tex. ſimpliciter. Nam ſi Demonſtratio eſt quoddã Analogum, vt dicit Auer. primo Poſter. 9. & in 8. quæſito: æquum eſt, vt definitio data de ſcire, primum concernat analogatum: & ſic demonſtrationis ſimpliciter effectus erit: licet hęc definitio data hoc in loco poſſit, & ſecundario

G concernere, demonſtrationem cauſæ tantum. quibus conſtitutis, dicendum, Ariſtotelem hic voluiſſe eam ſcientiam, quæ ex perfectiſſimo genere cauſæ acquiritur: at in phyſicis de completa, atque totali (vt vocant) ſcientia rerum naturalium intelligit. Nam cum naturalia a pluribus cauſis fiant, poſſunt ſciri per quatuor cauſas: ſed vna illarum erit ſumme perfecta, atque exquiſita tantum: & eſt illa quã vult hoc in loco. Poſſumus &
H illud dicere, hic voluiſſe ſcientiam, quæ omnibus diſciplinis cõpetere poteſt. Hęc enim eſt, quæ fit per cauſam, nam Mathematicus, Diuinus, & Naturalis per cauſam contemplantur. Qd ſi in plurali numero loqueretur, non comprehenderet Mathematicum, qui ſola forma vtitur: vt dicitur ab Auerroe in procœmio Phyſic. & eſt ratio. Nam cum Mathematicus abſtrahat a materia, abſtrahit a motu: motu dempto, tollitur efficiens tan-
I quam id, vnde motus: ablato efficiente tollitur finis, cum omne agens agat propter finem ſecundo phyſi. in fine. Vtrum autem ad perfectam ſcientiam rei naturalis requirantur quatuor cauſæ, & ad exquiſitam cognitionẽ rei diuinæ, tres inducantur, de hoc ſatis abunde alibi dicẽdum venit. Item, an inter omnes cauſas, ea perfectiorem generet ſciẽtiam, quæ a forma aſſumitur, an ab alijs cauſis, id ſuo loco patebit. Sufficiet tamen in præ- L
ſentia dixiſſe, Auerroym velle illam cauſam maxime facere ſcire, quæ maxime dat nobis propter quid. Hæc autem eſt, quæ formalis dicitur: nam forma eſt principium, quo res eſt, & cognoſcitur 9.met.20. At demonſtratio ſimpliciter vult mediũ, qui ſit cauſa vt res ſit, & noſtræ ſcientiæ, quod Auer. dicit primo poſte.8. Forma enim eſt, quæ cõſtituit primum modum dicendi per ſe, qui tantopere ne-
ceſſarius eſt demonſtranti ſim- K
pliciter primo poſte. commento. 30. 31. 34. 35. Forma eſt, tota rei eſſentia, cum itaque ſcientia fit adæquatio rei ad intellectum patet veram ſcientiam eſſe per formam. Item forma eſt, quę dat quid ſubſtantiarum, & propter quid accidentium, hoc autem volumus pro medio in demonſtratione, & pro principio ſcientiæ, primo de Anima tex. commenti. 11. Materia ob ſui latitantem potentiam, non po-
teſt eſſe principium ſcientiæ: nã M
actus mouet intellectum, non potentia 9.met.20. Efficiens, & Finis cum cauſę ſint extra rẽ, quartum modum dicendi per ſe conſtituent, qui vtilis non eſt ad demõſtrandum ſimpliciter, vt colligitur ex Ariſtote. primo poſte. tex. 10. & propterea Auerro. primo huius commento 24. iudicat efficientem, & Finem cõſtituere demonſtrationes ſigni, aut cauſæ tantum. itaque forma

A mà erit ſciendi principium. Quôd ſi Auerr. vtatur demonſtratione illa de Eclypſi, & terræ interuentu, quæ per efficientem cauſam fit, pro ſimpliciter demonſtratione, vt conſtat primo poſte. 35. & in 8. quæſito, dicendum, quod hoc facit, ob latentem formam Eclypſis, cuius vice, interuentum terræ accipimus: quocirca hanc, ibi vocat cauſam coexiſtẽtẽ: hoc eſt, quæ loco formę exiſtit. Verum an hæc cauſa ſit Prædicati, vel ſub-
B iecti in demonſtratione, nunc dicendum non eſt. id enim paulo infra conſtabit.

CONT. XVII.

Tex. 5. DEFINIENS Ariſto. Scire, longe aliter videtur ipſum definire, quàm fecerit in 6. Ethic. cap. 4. & 6. Ibi enim ſcientiam dicit eſſe habitum demonſtratiuum, hic aliter.

SOLVTIO.

DICENDVM in hoc text. datas fuiſſe duas definitiones, altera ē: Scire eſt rẽ per cauſam
C cognoſcere. alia eſt: Scire eſt rem cognoſcere per demonſtrationem. Quæ ſecunda, eſt eadem cum illa in 6. Ethic. aut parum differens. vtraque enim per efficientem cauſam tradita eſt. quoniam demonſtratio efficiẽs cauſa eſt ſcientiæ.

CONT. XVIII.

Tex. 5. DISTINGVENS Ariſtot. verba illa, Priora & notiora, videtur aſſerere, res maxime vniuerſales naturæ priores eſſe, & notiores, nobis vero poſteriores, atq; ignotiores. Contra quę ſingularia ſunt, & ſenſibus proxima. Oppoſitum licet videre, primo phyſic. text. 4. vbi vult ab vniuerſalibus eſſe procedendum, tanquam a notioribus. Et hæc eſt contradictio illuſtris, & magni nominis. D

SOLVTIO.

ET SI, hæc contradictio videtur reuocare in dubium, quid ſit nobis primum cognitum, cognitione prima in nobis, & confuſa, an magis, an minus vniuer E
ſale: cumque illud nõ ignorem, quot ſint in hac re opiniones illuſtrium hominum D. Thomæ præſertim, Philoponi, Scoti, & Auerroys: tamen cum hæc ſit quæſtio naturalis, non logica, a me conſultô prætermittetur. Quantum autem ad ipſam pertinet contradictionem tollendam, ſciendum Ariſtotelem (vt ait Auer. commento 12.) hic voluiſſe vniuerſale, quod eſt cauſa multorum, id paſſim vocãt vni F
uerſale ī cauſando, vt Deus, Materia, & intellectus humanus. Hæc enim ſunt vniuerſales cauſæ multorũ, non vſia prædicãtia de multis: quę cũ ſint abſtracta, vel ſenſum fugiant, ob id ignota nobis ſunt, qm̃ omnis noſtra cognitio oritur a ſenſu: iccirco hoc in loco Ariſtote. vult ea eſſe naturæ cognita, & perſpecta. At Ariſtote. in proœmio phyſi. de vniuerſali ītelligit, quod prædicatur de multis, quodque

G nobis notius eſt, cum totũ quod dam ſit indiſtinctum, & prius nobis occurrens. Nam primũ cognoſcimus animal, deinde hominem. Item primo Poſte. tex. 3. primum cognoſcimus vniuerſaliter, poſtea in particulari. Et primo phyſi. 27. primum ſpeculamur communia, deinde propria. Quod etiam habetur tertio Phyſic. commento. 2. Quod autem hoc voluerit Ariſtot. in phyſicis, id patet facillime. Cũ enim in primo textu Intentio-
H nem ſuam adduxerit, eſſe in philoſophia naturali agere primũ de cauſis, in tertio aſſignat viam inueniendarum cauſarum, quę eſt, a confuſis, hoc eſt a ſpecieb⁹ tranſmutabilibus. Mox in quarto tex. volens ordinem doctrinę afferre de eiſdem principijs, & cauſis, dicit, hũc ordinem eſſe a communibus, & vniuerſalibus. Nam agens de motu, & mouẽte, & Materia, primum ea ſpeculatur communi quadam cognitione, mox ad motum eternum,
I & primam materiam deſcendit, qui ordo demonſtrationis ſpecies nõ eſt, quemadmodum erat proceſſus ille in ſecundo, & tertio tex. explicat⁹. Et hæc quo ad illius contradictionis ſolutionem, dicta nobis ſufficiant.

CONT. XIX.

Tex. 5. SEPARANS Ariſto. principia immediata inter ſe, vult alia eſſe dignitates, alia poſitiones. Poſitiões deinde diuidit, in Suppoſitiones, & Definitiones, quarum differentiam explicans, in- K quit, definitionem nihil aſſerere vel negare, ſuppoſitionem vero id facere. Ex quo colligitur, definitionem nõ eſſe affirmatiuã, neque negatiuam. Oppoſitũ habes primo poſte. tex. 31. & ſecundo poſte. tex. ſecundo. vbi ſcribitur hæc regula, definitio ſemper eſt vlis, & affirmatiua.

SOLVTIO.

SVNT qui dicant definitionem cõcipi poſſe dupliciter, vel actu, vel potentia. Actu non eſt propoſitio, ſed potentia. nam ſi L dixeris animal rationale mortale, hic ſermo definitio actu eſt, non eſt autem propoſitio, quoniam ſine verbo profertur: & ideo affirmatio non eſt, neque negatio. Potentia vero eſt propoſitio, quoniam ſi dixeris, homo eſt animal rationale mortale, iam affirmando definis. Ex quibus colligunt, definitionem in actu eſſe incomplexum, potẽtia complexum: indeq; habetur ſolutio propoſitæ difficultatis. M Aliter vero dicere poſſumus, cũ Auerroe, hic, & in Epit. logicis, vbi ſermo eſt de definitione, definitionem proprie eſſe cõpoſitionem clauſulę, & nexus ſuarũ partium. Etenim definitio oĩs, ex gñe, & drĩa, vel drĩjs perficitur: quæ cum ſimul iunguntur definitiuã coniũctionẽ efficiũt, quæ vim affirmandi, & negandi nõ obtinet. Hinc efficit, vt definitio p ſe, & ſimplr ſumpta, in cõplexũ ſit. Cum vero p̃ter hãc com

A compositionem, etiam enuncia
tionis formam acquirit, iam cū
verbo & definito exprimitur:
fitq; propositio: Sed hoc est illi
alienum & per accidens: efficit
urq; definitio complexū. Hoc
totum etiā videtur colligi pos-
se ex his quæ habet Arist. in lib.
Periherm. Sectione prima. vbi
in cap. de oratione, mentionem
facit de ipsa ratione, hoc est de-
finitione. Hinc tollitur contra-
dictio: quā vidit Lucidiss. The-
mist. & non soluit: vt licet vide
B re apud ipsum. 1. Post. cap. 5.

CONT. XX.

Tex v. REGVLA est hoc in loco sa
tis cognita, pp qđ vnumqđq;
tale, & illud magis. Longe ta-
men aliter videtur eam expres-
sisse in. 2. Metaph. 4. cum ait, il-
lud magis tale est, ppter quod
cæteris inest vniuocatio.

SOLVTIO.

IDEM. sensus est, alio atque
alio dicendi modo. Tu tamē ani
C maduerte hāc regulam semper
intelligendam esse, de causa &
effectu participantibus eadem
dispositione seorsum, quæ tamē
dispō accipiat magis vel minꝰ.
Per vniuocationem aūt intelle-
xit dispositionem à causa com-
municatam effectui. Hinc deci-
piuntur qui regulā aiunt in so-
lis analogis contineri, cum & in
vniuocis det magis vel minus:
nam magis albus homo, vel mi
nus albus homo non euariant
vniuocam rationem.

CONT. XXI. D

VVLT omnino principia Tex. v.
esse magis scita, quam conclu-
siones. Oppositum videtur vo-
luisse in tex. 6. dum inquit scien
tiam esse tm conclusionis, intel-
lectum vero principiorum.

SOLVTIO.

HIC scientiā analogicæ ac-
cipit, ibi vniuoce. Nam scientia
principiorum melior dicitur di
spositio quàm scire, qm actꝰ est
nobilioris animę facultatis, hoc
est mentis & intellectus. Cōclu
sionis autem cognitio, actus est E
rationis & discursus. Hinc est,
vt vniuocè & simpliciter scien-
tia sit tantum conclusionis non
principiorum, cui assentit Sco-
tus in quęstionibus huius libri,
& Them. At rōne analoga, scię-
tia de principijs non modo dici
tur, sed & magis. Tu vero, si vis
hunc sciendi modum de digni-
tatibus diligentius perpendere,
vide grauissimam digressionē
Roberti Lynconiensis, qui totū
hoc plene & copiosè dilucidat.
vide &. 2. Poste. tex. vltimo. F

CONT. XXII.

HABET Auer. demonstra- Cō. 7.
tionem simpliciter esse primo
intentam ab Arist. in his libris,
Oppositum in procemio, cum
dixerat intētionem esse omnes
species demonstrationis.

SOLVTIO.

SCOPVS siue intentio po-
test esse generalis & prīcipalis.
Generalis ī hoc libro est, omnes
species demonstrationis recen-
sere:

G fere: ſpecialis eſt demonſtratio ſimpliciter. Priorem ſcopum tetigit in proœmio, alium vero hic, & in.8.quæſito.

CONT. XXIII.

Cõ.7. DICIT, demonſtrationem quia excludi prorſus à definitione ſcire, qm̃ hęc non fit per cām ob quam res eſt. Oppoſitū eſt 1.Poſte.c.93.vbi ait, nomen demonſtratiõis licet diuidatur in ſimpliciter, ꝓpter quid, & ꝙa, & hæ ſpecies licet diſtinguan-
H tur vt magis vel minus perfecta, non tamen à genere demõſtrationis excludũtur. Quę certe pugnare videntur ſummopere, cum hoc quod modo dicit.

SOLVTIO.

SVM aſſuetus dicere, demõſtrationem apud Auerr. accipi interdum communiter, interdum proprie. Communiter eſt ſyllogiſmus neceſſarius, ꝑ quã rationem diſtinguitur à ſyllogiſmo Topico & Sophiſtico.
I Quo modo demõſtratio quia, eſt demonſtratio: & hoc latuit Auicennam vt patet in.c.93.huius libri: qui ſimpliciter exiſtimauit, hanc nõ eſſe vllo modo demonſtrationem. Propriè demonſtratio & ſyllogiſmus conſtans aſſumptionibus veris, primis, immediatis, prioribus, notioribus & cauſis. Sicꝫ demõſtratio ſigni erit demonſtratio. Auer. itaqꝫ hoc in loco eam propriè, alibi communiter intelligit.

CONT. XXIIII. K

VVLT, Auerr. quod ſyllo- Cõ.8.
logiſmus demõſtratiuus diſtinguatur à Topico ex hoc, ꝙ demonſtratiuus eſt verus: aut verax, vt alĩ transferunt. Oppoſitum voluit Ariſtotel.1.Poſter. tex.16. & Auerr. ibidem. Nam & Topicus eſt, qui veritatem conſiderat.

SOLVTIO.

VERITAS alia cõſtans eſt, & per ſe veritas, & hæc obiectum eſt demonſtrationis. Alia
L populariſ eſt, et vulgi opinioni accommodata, quam diuulgatam transfert interpres primus Auerroys: & hæc Topici munus eſt. De priore autem hoc in loco intelligit commentator. De ſecũda in tex.16. Hæc.n.eſt veritas probabilis. Probabile autem definitur ab Ariſt. in primo Topic.cap.8. quod videtur omnibus &c. videri verò eſt ſecundum aliorum opinionem.
Quod autem demonſtrãtes ve M
lint impermutabilem veritatẽ vide Ariſt. in calce tex. quinti, huius primi lib.

CONT. XXV. Cõ.8.

TRES demõſtrationis ſpecies diſtinguẽs Auer. hic, dicit, cauſa demonſtrationem ſimpliciter ingrediens eſt, quæ rẽ conſtituit, & ſcientiam parit. Cauſa demõſtrationis propter qd, eſt cauſa rei non ſcientię. Cauſa demonſtrationis ſigni, & ſcientiæ cauſa, non rei. Et dat exempla, quæ tu percurrere poteris.

At

A At longe aliter visus est Arist. & Auer. explicare demonstrationem signi. Nam in tex. 30. huius primi, & in cõ. 95. Habetur demonstrationẽ quia, fieri quatuor modis. Prima species est ab effectu conuertibili. Secunda ab effectu non conuertibili. Tertia à causa mediata. Quarta à causa remota. Quo stante, inde efficitur, aliquando demõstrationẽ quia fieri per causam rei, nõ semper per causam scientiæ in nobis tantum.

B

SOLVTIO.

CAVSAE quę mediatę sunt & remotæ, veræ causæ nõ sunt appellandæ, & ob id scientiam pariunt in nobis imperfectam coniecturalem: quocirca hę cũ effectibus ordinantur. Quod si quis harum demonstrationum exẽpla habere velit, legat tex. 30. apud Arist. & Auer. quæsitum de medio. ibi. n. hæc latius C & diligentius constabunt.

CONT. XXVI.

Cõ. 10. HABET Auerr. in hoc commen. distinctionẽ iam satis notam omnibus. Quod demonstratio duplex est. Quædã simplex, quę vnico syllogismo absoluitur: quædam composita, quę prosyllogizat aut vtrantꝫ, aut alteram pręmissarum. Hęc enim à Gr.cis demonstrationes dicuntur, quæ dant siue Thorema, siue Problema. Latini simplicem & composi tam appellant, Vult itaque Auerr. D illam esse demõstrationem simpliciter & summè perfectam, quæ vnico syllogismo absoluitur: qũæ vero pluribus, ęquiuoce inquit est demonstratio. Oppositum videtur voluisse. 1. Topicor. cap. primo: vbi definiens Arist. & Auerr. demonstrationem, dicunt eam esse syllogismum ex veris, & primis, aut ex his, quæ per vera & prima fidem sumpserunt. Quibus verbis tam mediatam quã immediatam demonstrationẽ E videtur colligere sub eadem definitione, & sic vniuoce.

SOLVTIO.

SCIENDVM Auer. in Topicis accepisse demonstrationẽ cõmuni significatione, pro syllogismo ex necessarijs: id enim sufficit eo in loco, vt illa distinguat à cæteris syllogismis. Hic vero presius accipit demõstrationem, pro syllogismo ex veris, immediatis &c. F

CONT. XXVII.

VVLT in hoc comẽ. quòd singularia non sint comparanda vniuersalibus: quoniã hanc comparationem neq; sensus iudicat neq; intellectus. Nam intellectus concipit solum vniuersalia, sensus vero tãtum vniuersalia. Oppositum habes. 7. Me. 10. vbi singularia inquit esse notiora vniuersalibus. Cõ. 12.

Solutio.

G SOLVTIO.

SCIENDVM ꝙ ſingularia eſſe notiora põt accipi biſariã, vel quod ſint nobis cognita per ſenſum priuſquam vniuerſalia per intellectũ, & hoc eſt neceſſarium, ſi noſtra cognitio pẽdet a ſenſu, vt ſcribitur. 1. & 3. de Aĩa, & in lib. de Senſu & Senſili, nec non. 1. Poſt. te. 33. quom õ loquitur Auer. in. 7. Me. 10, aliter poſſumus imaginari, ſingularia eẽ notiora rebus vĩbus, ita vt hãc comparationẽ faciat inter vtrũque anima noſtra, et tunc audit Auer. pro impoſſibili: quoniam omnia comparata tenentur cõuenire, & ab vno iudicari. At ſenſus nõ iudicat niſi ſingulare: & intellectus vĩe ex. 3. de Aĩa.

H

CONT. XXVIII.

Cõ. 14. POSITIO inquit continet aſſertionem, & conceptionem hoc eſt, Poſitio continet ſuppoſitionem & definitionem. oppoſitum videtur voluiſſe in com. 1. vbi ait, hæc duo non poſſe cõuenire vniuocè.

I SOLVTIO.

IBI ſat expoſuimus cur definitio & aſſertio non poſſint vniuoce ſimul conuenire. Hoc vero in loco, alterum accipit pſe, & eſt ſuppoſitio, alterum ex accidente, & eſt definitio. Nam cum hoc ĩ loco, exponat verba illa in te. 5. vbi Ariſ. diuidit Poſitionem in ſuppoſitionem & definitionem, vult ꝙ definitio nõ per ſe ſit ſpecies poſitionis, ſed ꝙ accidens: hoc eſt, quatenus definitio eſt complexum, quod illi cõtingit non vti definitio eſt, nam ſic ſimplex eſt & incõplexum, ſed vt efficitur ſecũda animæ operatio, quæ dicitur compoſitio & diuiſio.

K

CONT. XXIX.

VVLT nondum conſtare in hac ſcientia, vtrum ambę prę miſſæ ſint notiores cõcluſione, oppoſitum voluit ſupra. cõ. 10. vbi voluit demonſtrationẽ ęquocè dici, q̃ nõ habuerit vtrãq; præmiſſam immediatam. Cõ. 15.

SOLVTIO.

L

FORTE hoc in loco indicat Auer. non conſtare, an præmiſſæ ſint ambæ immediatæ, ex eo quod nondum explicatum eſt, illas eſſe de omni, per ſe & primas, quod venit probãdum in ſequentibus. Quòd ſi ſuperius dixit hoc ipſum Ariſt. hoc tantum dixit, colligens definitionẽ demonſtrationis. Solutio eſt, id tactum fuiſſe leuiter, ſed diligentius de hoc agendum venit in ſequentibus.

CONT. XXX.

M Tex. 16

ARIST. hoc in loco confutat eos qui negant ſcientiam de rebus, quæ ſcĩa eſt idem cũ demonſtratione vt dictũ eſt in fine. 2. lib. Poſter. tex. 26. modo ſi demõ ſubiectum eſt in hoc primo libro, videreẽ probare ſuũ ſubiectum. Oppoſitum. 2. tex. 1. Poſt. & tex. 24. 25. vbi ſcribitur ſubiectum ſupponi tanquã manifeſtũ. Item. 1. Phy. 11. vult non eſſe contentioſas rationes

ſoluen-

A ſoluendas ab artifice. Nam inquit non tenetur Geometra ſoluere rationem Antiphontis, ob id q̄ litigioſa eſt. Ex quibus videtur pugnantia cum eo, quod facit in hoc capite, & in Proœmio, vbi Mēnonis & aliorum cauilla diſſoluebat, quæ aduerſus ſcientiam adducebantur.

SOLVTIO.

SCIRE licet Ariſto. hic remouere impedimenta artis demonſtratiuæ partim, partim ēt ī proœmio, ſed alia atq̄ alia ratione. Nam qui de ſcientia locuti ſunt, varia ratiōe ſenſerūt. Quidam.n. ponebant oīa ſciri, quidam nihil, quidā vero medio modo locuti ſunt, quędam â nobis ſciri, & quædam ignorari. Qui omnia ſciri voluerunt fuere Academici, qui omnia circulo fieri & cognoſci exiſtimabant de quibus in hoc te. 6. Philoſophus mentionem facit. Alĩ verò negātes ſcire, bipartiti ſūt: quorum alia pars voluit iccirco omnia ignorari, qm̄ res erāt C in quodam fluxu & motu perpetuo, ita vt ab intellectu non poſſent percipi, & fuit huiꝰ opinionis Heraclitus, atq̄ illius ſectatores. Quos confutat Metaphyſicus. Qui verò idē probabant logicis rationibus, bipartiti rurſus ſunt, vel.n. Sophiſtice id agebant, vt Mennon, Hippias, Protagoras, Euthidemus, Dioniſodorus, atq̄ alĩ, de quibus perſæpe meminit Plato in ſuis dialogis, De quorum gre-

ge, fuere argumenta illa confu- D
tata in proœmio. Alĩ autē hoc probarunt rationibus peccantibus in materia tm̄, vt pote qui vel falſam propōnem accipiebāt pro vera, vel ſine diſtinctione loquebant. Tales profectò ſunt rationes, qualis eſt hæc, qua vtūtur hi, qui dicunt nihil ſciri, quos Ariſt. non aliter nominat in tex. Ita q̄ iā ſatis conſtat, non eoſdē confutari in hoc loco, & in proœmio: ſed Sophiſtas ibi, cæteros hic. Horum autem ratio peccabat in materia, E
dū ſic ratiocinabantur. diciſte ſcire concluſionem ex prędmiſſis, quærimus an illæ ſint notę, an potius ignotę? Si ignotæ, ergo & concluſio. ſi notæ, igitur per demonſtrationem ex alĩs, & illę rurſus ex alĩs. Quare vel in infinitū abibimus, quod abſurdum eſt: vel tandem ad duo principia deueniemus non demonſtrata, & per conſequens ignota, ex quo fit nihil ſciri. ecce q̄ hoc argumentum, peccat F
vitio materiei, nempe, quia falſum aſſumit, qđ eſt nihil ſciri, niſi demonſtretur, cum tm̄ principia ſciantur meliore diſpoſitione q̄ ſit ſcīa demonſtratiua, quę diſpoſitio, intellectus dicitur. Præterea nota, q̄ rationes Sophiſticę deſtruētes ſubiectū, & præſertim ſi fuerit ſubiectū partiale, poſſunt ī arte deſtrui, dummodo non procedant illæ rationes ex his quæ contraria ſunt principĩs ſcientię. Quibus poſitis

G poſitis dicerem: Ariſtotelem re
ctè voluiſſe in .1. Phy. tex. 11. q̃
non tenemur ſoluere rationes li
tigioſas, hoc eſt illas quę proce
dũt ex oppoſitis, principiorum
artis. Nam ibi volebat, non te-
neri naturalem ſoluere rationẽ
Antiphõtis, q̃ quadrabat circu
lũ ex oppoſito principio Geo-
metrię, dicẽte q̃ cõtinuũ põt ex
diuiſiõe abſumi, cui⁹ oppoſitũ
dicit Geometra. Verũ & ſi So-
phiſticæ erant rationes confu-
tatę in proœmio, illę tñ non vte
H bantur principio cõtrario huic
ſcientiæ. Rurſus argumentum
q̃d deſtruit in hoc te. 6. peccat
ſolum in accipiẽda propoſitio-
ne falſa, q̃ omnis ſciẽtia ſit per
demõſtrationem. Hinc ſolutio
naſcitur, propoſitæ cõtradictio
nis. Verum, quoniam à princi-
pio in referendis antiquorum
opinionibus de ſcire, tres vete-
rũ adduximus ſententias: qua-
rum duæ iam ſatis cõſtant, hoc
ẽ, quę dixit omnia ſcire, & alia,
I quę voluit, oĩa ignorari: media
vero nondũ explicata eſt. Qua-
re, illud perpende, tertiam hanc
opinionem voluiſſe Platonẽ in
Theeteto, & Menone, & alĩs in
locis: qui ea tantum ſciri aſſere
bat, quorũ habemus reminiſcẽ-
tiam. Eandem voluit Ariſtot.
hoc eſt, quædam tm̃, nõ oĩa ſci-
ri, ſed q̃ nouiſſimè à nobis co-
gnoſcuntur. Quamobrem diffe
rentia horũ tm̃ eſt, q̃ Ariſt. vult
ſcĩam eſſe nouam, Plato, remi-
niſcentiã ponit. Differentia or-
ta eſt ex varietate fundamẽto- K
rum. Siquidem Ariſt. vult ani-
mam noſtram eſſe coeuam cor
pori, Plato vult ipſam eſſe cor-
pore antiquiorem, & ante cor-
pus creatam à Deo, in quo ſta-
tu ſortita eſt cognitionẽ et ſcien
tiam omnium. Accedit q̃ intel
lectus ſm Ariſt. nobis dat⁹ eſt,
tãquã tabula raſa, ſm Pla. verò
datus eſt nobis ornatus ideis.
Hæc ſunt, quæ differentiam fa-
ciunt, niſi velimus eẽ cum illis,
qui vtranq̃ viam nitũtur con-
ciliare. Sed de his Metaphyſi- L
cus agit, nos vero hæc hactẽ⁹.
Illud non eſt prætermittendũ,
ſcientiam nouam ex Ariſtote-
le, fieri ex præcognitione qua-
dam & anticipatiõe, nec ob id
ſequitur, vt ſcientiam Platonis
imitetur, quæ item prę exiſtens
dicitur cognitio, cum ſit remi-
niſci. Nam ex hoc differunt, vt
ſcribit Auerr. cõ. 3. huius primi
lib. q̃ præexiſtens cognitio &
ſcientia apud Ariſt. eſt in poten
tia eadem cum ſcientia acqui- M
ſita: contra vero reminiſcentia
eſt eadem numero, et actu cum
ſequenti.

CONT. XXX.

SENTIT Philoſophus hoc Tex. 6.
in loco circulum non poſſe da-
ri, cum tñ circulum conceſſerit
in multis alĩs locis. Nam in te.
30. docet ex Sphęricitate Lunę
concludi poſſe incremẽtum ſui
luminis, & ex luminis incremẽ
to Sphæricitatem. item poſſu-
mus demõſtrare q̃ planetæ p-

pè

A pè ſunt, pèr id ꝙ non ſcintillãt, & ꝙ non ſcintillant, per id qđ propè ſunt. hoc autem non fit, niſi concluſio efficiat præmiſſa, & altera præmiſſarum concluſio, talis aũt ſyllogizãdi modus circularis eſt. Præterea eſt Ariſt. in. 2. Poſt. te. 15. vbi ait Entia circularia, circulo demõſtrari debere: eſtq; ibi exemplũ de pluuia & terra madida: nã ex terra madida pluuiam demonſtramus, & ex pluuia terrã madidam. Item. 2. Phyſic. tex. 30. ſanitas eſt cauſa exercendi, & exercitatio ſanitatis: q̃re ſi cauſæ ſunt vicisſim, circulus videtur expreſſe. Sed in. 2. Priorum cap. 5. 6. & 7. vbi differit de circulo demonſtrationem circulare admittit in omnibus figuris. Accedit ꝙ in p̃dicamentis ca. de Qualitate, circulum videtur concedere in definitione qualitatis & qualis, nam qualitatem per quale definit, mox quale p̃ qualitatem. Quod etiã videtur C voluiſſe Porphirius ca. de Specie, cum genus dicat explicari debere per ſpeciem, & ſpeciem p̃ genus: qm̃ hęc relatiua ſunt.

SOLVTIO.

CIRCVLVS apud Ariſt. in libris Logicis poteſt accipi, & in forma & in materia ſyllogiſtica. in forma omnino dari poteſt, cum ea ab omni materia ſeiungitur: & ratio eſt, quoniam hæc forma non procedit p̃ cauſas ſimpliciter, ſed p̃ qđlibet faciens illationẽ. Itaq; Prioriſticus ex A. concludit B, & ex B. concludit A. non. n. adſtringitur conditionibus demonſtratiuis, quæ circulum impediũt. Adde, ꝙ circulus in materia duplex eſt, vel definitiua, vel demr̃atiua, definitiua vt cũ ſubiectum, p̃ formã, & forma p̃ ſubiectum definimus, & hic circulus poſſibilis eſt, qm̃ variatur ratio, nam in vna harum dẽ finitionũ procedimus ex notis nobis in alia ex notis naturę. demõſtratiua materia, adhuc duplex eſt, vel ſimplr, vel in communi ad oẽs ſpẽs demr̃onũ, & hæc eſt materia neceſſaria. prio re mõ circuli⁹ impoſſibilis ẽ, cũ ſit impoſſe imaginari A. eẽ cãm ſimplr B. & B. eẽ cãm ſimplr ipſius A. at ſcđo mõ nõ eſt ipoſſe, vt. v. g. ꝙ A. ſit cã B. & B. ſit effectus ipſius A. vel etiã ꝙ A. ſit cã efficiẽs B. & B. ſit cã finalis ipſi⁹ A. ímo tales demr̃ones ſunt neceſſarię vt fiat regreſſ⁹ adeo neceſſarius ĩ philoſophia naturali, ĩ q̃ effect⁹ ſunt nobis notiores cauſis. His iactis dicimus, nõ eẽ Ariſt. ſibi cõtradictoriũ, licet in te. 30. dicat illa duo exẽpla iã citata dẽ planetis & Luna ı nã ibi cõcedit circulũ in demr̃one qa & pp quid, nõ in demr̃onẽ ſimplr, q circulus ẽ regreſſus, & nõ circulus ille quẽ hic negamus. Hic. n. negam⁹ circulũ tm̃ in demr̃onẽ ſimplr, ſimiliter dicatis ad exẽplũ de pluuia et terra madida, nã hæc ſunt inuicẽ cãæ in diuerſo genere, non aũt ſimplr.

D E F

terra

G terra.n.madida eſt cauſa materialis pluuię, pluuia ẽ cauſa efficiens terrę madidæ. Item ſanitas eſt cauſa finalis exercitationis, exercitatio vero efficiens ſanitatis. quare hęc faciũt regreſſum in materia neceſſaria, non autẽ circulũ in materia demonſtrationis ſimpliciter. De ſyllo vero circulari ratio nulla ẽ, qm̃ ſi forma ſyllogiſtica dictum eſt poſſe admitti. Cũ vero dicitur in qualitate & quali feciſſe circulum Ariſt. dicendũ eſt, illum
H eſſe definitionis, immo potius deſcriptionis, non autem demõſtrationis: item fit variato ordine quo ad nos & quo ad naturam. Nam cum deſcribitur qualitas ex quali, procedimus à notioribus nobis, cum vero quale ex qualitate ꝓcedimus à notioribus naturę: ſicq; euitamus circulũ. Idẽ ẽt poſſet dici de Relatiuis apud Porph. vt ſunt Geus & Spẽs: nã Auicenna cõceit definiri circulo relatiua vicisſim, ſed Auer. in Paraphraſi
7. Met. negat hũc eſſe circulum, quoniam non concedit vnũ relatiuorũ eſſe cauſam alterius et econtra: qđ eſt neceſſarium, vt fiat circulus. Patet ergo circulũ poſſe dari: in forma, & in materia etiã demonſtratiua cõi, q̃ eſt cauſa & cauſatum, ſed tunc dici debet regreſſus. in materia autem demõnis ſimpliciter id non poteſt fieri, & ob hoc dixit Ariſt. in hoc tex. circulo autem ꝙ impoſſibile ſit demonſtrare ſimpliciter planum &c. K

CONT. XXXII.

DEMONSTRATIONEM Tex. vult Ariſt. conſtare notioribus „ ſimpliciter tan um, non autem „ nobis, ſuper illis verbis, ſi vero „ ſic non eſſet vtiq; ſcire bene definitum, ſed duplex. &c. id autem videtur oppoſitũ ei quod voluit in tex. 30. vbi ſcire diſtinguit in quia, & propter quid. Conſtat autem ſcire quia, fieri ex notioribus nobis, cũ ab effectu procedamus: propter quid L vero fit ex notioribus, naturæ cum procedamus à cauſa.

SOLVTIO.

OMMISSA quæſtione illa vtrum demõ quia ſit demonſtratio quę examinanda eſt ſuper te. 30. ſiue cõ. 95. in q̃ Auerr, diſſentit ab Auicenna, volente demõnem quia, nõ eſſe demõſtrationẽ, de quo etiã mẽtio eſt in quæſito demonſtratiuo. 6. dico ad præſentem contradictionem, ꝙ Ariſt. hic vult ſciẽtiam fieri ex naturæ notis tantũ, qm̃ M hic diſputat de demõne ſimpliciter, ꝙ circularis eſſe non põt. non negaret tñ demõnẽ quia eſſe demonſtrationem, licet fiat hæc ex notioribus nobis, accipiendo demõſtrationis nomen in ratione cõi analoga. Quare Ariſto. 1. Poſter. 30. diſtinguens demõſtrationem pro ſyllo neceſſario, in rõne analoga, eã ſecat in demonſtrationẽ quia & propter quid: nunc vero cum ſermonem habeat tantum de demon-

A demr̃onẽ ſimpliciter, quã definiuit in te.5. dicens eã facere ſcientiã ex primis, veris, immediatis &c. ob id, eam vult conſtare ex notis naturæ. Idem ẽt voluit Themiſt. qui in.2. Poſt. cap.30. appellat demr̃onẽ quia ſyll'm, nã ibi cõparat demr̃onem quia ad demr̃onem perfectam, in cuius comparatione potius ſyll'us eſt q̃ demr̃o. &.1. Poſte.cap.4. demr̃o inquit nõ ſubmittit ſeſe cognitioni humanę, ſed naturę. qm̃ per demr̃onem eam vult q̃
B facit ſcire ſimpliciter. & eſt ac ſi dicamus, Accidentia nõ eſſe entia, ſumẽdo Ens pro priori analogato, nam tale non eſt niſi ſubſtantia: & tamen accidentia ſunt entia in rõne cõi analoga. Sic demr̃o quia non eſt demr̃o, hoc ẽ illa quæ dr̃ ſimpliciter ex naturę notis: & tñ demr̃o quia eſt demr̃o, pro ſyll'o demonſtratiuo analogice accepto, qui eſt ſyll'us procedens ex neceſſar̃ijs, ad differentiam Topici & So-
C phiſtici. p hac materia eſt Auer. 1. Poſte. cõ.95. & quæſito.6.

CONT. XXXI.

Cõ. 23. VVLT p pars ſit prior ſm cognitionẽ apud nos & naturę poſterior: vniuerſale vero ſit poſterius nobis & pr⁹ naturę. Oppoſitũ voluit.1. Ph.4. &.1. Poſt. cõ.12. vbi vult totũ ẽ nobis notius ſuis partibus, et ẽt vl'e, cum ſit totum, eſt notius nobis. item in Proœmio huius libri dixerat vniuerſale eſſe notius ordine doctrinæ.

SOLVTIO. D

SCIENDVM p inductio procedit à partibus ad totũ, hoc ẽ à particularibus ad vl'e, vt ſcribitur ab Ariſt.2. Priorum &.1. Topic.cap.10. &.1. Poſt. tex.33. quæ quidẽ particularia primũ occurrunt nobis, q̃ ipſum vniuerſale, qm̃ intellectus non põt intelligere deficiente cognitiõe particularium, quæ ſenſibus apprehenduntur. Quo ſtante dicas, verum eẽ in adductis locis, H vl'e, eſſe notius nobis, q̃ minus vniuerſale ordine doctrinæ, at E hoc in loco vult cognitionẽ per inquiſitionem, hoc eſt ex inductiõe, in qua procedimus à particularibus ad vniuerſale, dico in ſumma, p hic comparat particulare, vl'i, ibi vl'e magis ad minus. Quod ſi quis diceret, oppoſitum voluiſſe Auer. in.c.12. qđ particulare & vl'e non ſunt inuicem comparanda, ad hoc dicendum, p non ſunt cõparanda reſpectu eiuſdẽ potentię iudicantis: tñ ſm ordinẽ exiſtendi, hoc F poſſunt: nam hic dicit ſingularia primum eſſe cognita q̃ vniuerſale: non autem hæc comparat, reſpectu determinatę virtutis cognoſcentis.

CONT. XXXII.

HABET com. p demõſtratio ſimpliciter fit ex his quæ nota naturæ ſunt. Oppoſitum videtur voluiſſe.1. Poſter. com.7. vbi ait, demonſtrationem ſimpliciter nobis tribuere cauſam & eſſe. Quo poſito videtur eſſe

G dicendum, ꝙ demonſtratio ſimpliciter, conſtet ex naturę & nobis notis. Idem voluit in proœmio Phy. idem & in cō. 95. primi Poſt. in Epit. de demonſtratione, & in quæſitis.

SOLVTIO.

OPORTET ſcire, hoc in loco intelligere Auer. non abſolute et tantum, demonſtrationem conſtare ex naturæ notis, ſed p̄ comparationem ad demonſtra-
H tionem quia. Nam hic exponit Ariſt. dicentem, nō oportere diuidere demr̄onem in eam, quæ fit ex nobis cognitis, & in eam quæ fit ex notis naturæ: quoniā non datur ſciētia ſimpliciter ex nobis notis tantum. Ex quo patet, ꝙ demonſtratio ſimpliciter ī ſe & abſolute ſumpta, ex his p̄ficitur ac conſtat, quæ nobis & naturæ cognita ſunt, & ſic procedunt authoritates adductæ: hic vero dicit eam conſtare ex naturæ notis, quæ conditio ſuf-
I ficit vt diſtinguatur à demonſtratione quia. Et hoc quod voluit Auer. hic, aſſeruit etiam Lucidiſs. Themiſt. cap. 4. dum inquit, demonſtrationē nō ſubīcere ſeſe viribus ingenīj noſtri, ſed tenere viam ad veritatem: hoc eſt, non procedere ex nobis notis, ſed naturæ. Quod quidē non eſt audiendum ſimpliciter, vt fecit Auicenna: qui hac ratione motus & alīs conſimilibus exiſtimauit demonſtrationem quia, non eſſe demonſtrationem. Cuius opinionem confutat Auerr. in quæſitis, & primo Poſt. c. 95. Nam demonſtratio, vel vniuocè accipitur, vel analogicè. Primo modo eſt ſyllogiſmus cōſtans ex cauſis, alio modo eſt ſyllīs conſtans ex neceſſarīs. Itaq; demr̄atio quia, licet non ſit vniuocè demonſtratio, cum fiat à poſteriori & non per cauſam, attamen fit ex neceſſarīs, et ſic demonſtratio eſt, licet in ſecūdo gradu analogiæ: quod profectò latuit Auicennā, qui abſolute arbitratus eſt, eam nullo pacto demonſtrationem eſſe dicendam. Sed de hac re alibi diſſerendum venit. K L

CONT. XXXIII.

NON longe à principio huius commenti Auerr. negat demonſtrationem ſimpliciter poſſe habere locum in regreſſu, qm̄ inquit, non poteſt contingere reciprocatio demonſtrationi ſimpliciter ſecum ipſa, aut cum alia demr̄onis ſpē. Ecce ꝙ in regreſſu demr̄o ſimplr̄ non dabitur, ſi nō pōt reciprocationem facere cū aliqua demr̄onis ſpecie. Oppoſitum habet̄ in Epit. Logicis cap. de demr̄onē vbi dicit, ſi cā & effectus cōuertantur, fieri ab effectu demonſtrationē quia, à cauſa vero demr̄onem ſimplr̄. Cō. 24. M

SOLVTIO.

VERBVM illud ſimpliciter, apud Auerr. mō ſonat id, quod potiſſimum à Latinis dicitur, modo vero id quod ſimplex & vnicum eſt, ſignificat, quod alibi notatum etiam fuit. cum ve-

A ro in regreſſu negat dari demõ-
ſtrationẽ ſimpliciter, potiſſimã
intelligit: et ratio eſt, qm̃ regreſ-
ſus inuentus eſt, vt ex effectu no-
to, ignota cã concludatur: at de-
mr̃o potiſſima habet cãm ęquè
nobis, & naturę notam, itaq; in
ea ceſſat omnis cauſa regredien
di. Cũ vero in Epit. Logicis ſcri-
bit Auer. à cã conuertibili fieri
demr̃onem ſimpliciter, intelli-
gas verbum ſimplr̃, pro demr̃o
nẽ cauſę tm̃, hoc eſt, demr̃onem
dantem quęſitũ vnum ſimplex,
B quod eſt ipſum pp̃ quid, ad dif-
ferentiã potiſſimę, q̃ dat duo q̃-
ſita, hoc eſt cauſam & eẽ, vt ſcri
bitur in Epit. Logicis cap. de de-
mr̃one, in q̃ſito. 2. 3. 8. & 1. Po-
ſte. com. 7. & 95.

CONT. XXXIIII.

Tex. 6. VIDETVR Ariſt. ĩ hac par
te ponere differẽtiã inter demõ-
ſtrationẽ & ſcĩam demr̃atiuã,
qm̃ ſeorſum probat vtranq; fie-
ri ex neceſſarijs. Sed in te. 5. de-
finiens demr̃onẽ, eam appella-
bat ſcĩam demr̃atiuam, in illis
C verbis ⸢ Si itaq; eſt ſcire vt po-
» ſuimus, neceſſe eſt ſcĩam demõ-
» ſtratiuã &c. ⸣ item q; hęc idem
ſint, conſtat legentibus tex. 26.
21. lib. Poſter. Vbi ſic ſcriptum
» eſt ⸢ de ſyllo igitur, ac demr̃o-
» ne, & quid vtrumq; eſt, & quo
» modo fit, manifeſtum, ſimul ve
» ro & de ſcĩa demonſtratiua, idẽ
» enim eſt. ⸣ habes enim hęc duo
idem eſſe.

SOLVTIO.

DICERET Alex. et Philo-
ponus, vterq; in. 1. Priorũ cap. 1. D
demr̃onẽ idem eſſe re & ſubie-
cto cũ ſcĩa demonſtratiua, qm̃
qui vnã habet, aliam ẽt neceſſe
eſt habere. Etenim demr̃atio eſt
cauſa ſciendi, ſiue efficiens, ſiue
organica. Cum hoc tñ ſtat, vt
hæc differant ratione, hoc eſt vt
habitus & id qd̃ puenit ex ha-
bitu, nã demr̃atio eſt habitus,
ſcientia eſt fructus et prouentus
illius habitus. Quam diſtinctio
nem non ignorabat Ariſt. cũ in
primis verbis primi lib. Priorũ
dicebat, ⸢ primũ dicere circa E
quid & cuius intẽtio eſt, qm̃ cir »
ca demr̃onẽ, & ſcĩę demonſtra- »
tiuæ ⸣ contradictio itaq; nulla »
eſt, cum hoc in loco hęc duo ra-
tione diſtincta intelligant̃, alibi
vero vt idẽ ſunt re, atq; ſubto.

CONT. XXXV.

DEFINIENS Ariſ. dici de
omni, vult ipſum eſſe, cum p̃di- Tex. 8.
catũ ineſt toti ſubiecto ac ſemp̃,
ita vt duę cõditionis ſint illi ne-
ceſſarię, & vniuerſum ſubiectũ
& totum tempus. Oppoſitũ ha F
betur. 1. Priorũ ca. 1. in fine, vbi
definiens dictũ de omni, inquit
ipſum habere vnam tm̃ condi-
tionem, q; prædicatum inſit cui
libet ſubiecto, nihil autem de tẽ
pore eo in loco mẽtionem facit.

SOLVTIO.

DICI de omni, à ſyllogizã-
te & à demonſtratiuo conſide-
ratur, ſed ratione diuerſa. Cũ. n.
ſyllogizans in generali, non ſe-
ſe adſtringat magis rei neceſſa-
riæ quàm probabili, hinc patet

G ñ ipſum

G ipſum velle dictum de omni, in ratione magis communi, q̃ faciat demõſtrator, cuius munus eſt, ratiocinari ĩ re neceſſaria. ob id itaq; Philoſophus, cõſiderãs in lib. Priorũ dictum de omni, vti forma eſt et regula perficiẽs ſyllos affirmatiuos primæ figuræ in quacunq; materia, vnam tm̃ illi tribuit conditionem, quę eſt, totum ſubiectũ: demõſtrator vero cum velit ſolum id qđ eſt neceſſarium, & neceſſarium illud ſit ꝙ ſemper eſt, & in quo
H libet ea de cauſa vult dici de oĩ præſſius, & duabus conditionibus limitatum, adeo vt dictum de omni demonſtratiuum non repugnet ſyllogiſtico, ſed illud reddat perfectius.

CONT. XXXVI.

Tex. 9. DISTINGVIT Perſe Ariſto. ĩ quattuor ſignãtiões tm̃, q̃ ſunt, prima vbi prædicatũ definit ſubiectum. 2. ĩ qua ſubiectũ definit prædicatum, 3. ſubſtantię ſingularis. 4. eſt cauſarũ quæ
I dant propter quid, at quinto li. Met. tex. 14. agens de eo qđ per ſe eſt, videtur afferre alias ſignificationes, vt eſt illa, per ſe dicũtur, quæcunq; ſignificãt figuras prędicationũ. item per ſe ſunt, quorum veritas demõſtrari poteſt. præterea per ſe, aliud actu, aliud potentia: de quibus nihil in hoc loco tractauit. Poſtremo & Themiſtius qui aliam explicat ſignificationem per ſe, vt licet videre apud ipſum. 1. Poſte. cap. 10. quæ ita ſe habet, nam accidẽtia quæ ita eorum ſubiectis K inſunt, vt non alĩs prius conueniant, ſunt per ſe, vt ſuperficiei ineſt color. quam ſignificationẽ fuſius explicat idem Themiſt. ſecundo de Aĩa ca. ſuo. 22. ſiue in tex. 66. Accedit quod auget cõtradictionem, ꝙ Ariſto. 5. Meta. 13. agens de per ſe, agit etiam de ſuo oppoſito, quod eſt per accidens, quod non facit hoc in loco, aut ſi id facit, obiter tantum id feciſſe videtur.

SOLVTIO.

DICI poteſt, non eſſe neceſ- L ſarium, vt in diuiſione quæ fit p enumerationem eorum, q̃ ſunt à nobis conſideranda, omnia ẽt referantur, quæ non faciunt ad propoſitum noſtrũ. Vnde Ariſ. enumerans hic, ea quę p ſe ſunt, nullam prætermittit ſignificationem demr̃oni neceſſariam, qđ ſi plures ſint modi dicẽdi p ſe, hoc nihil refert, cũ illi ad demonſtrantem non attineãt. Nã omnia colligere p enumerationem interpretis munus eſt, po- M tius q̃ authoris. Cum vero dicitur, non agi hoc in loco de eo quod eſt per accidens, id conſtãtiſſime eſt negandum, nam inquit, omnem propoſitionẽ eſſe per accidens, quæ non erit per ſe in primo, aut ſecundo modo. Item in fine text. cauſam perſe mortis inquit eſſe iugulationẽ, cauſam vero corruſcationis per accidens, dicimus eſſe ambulationem. Si vero diceretur hoc fuiſſe obiter & ex incidenti, dictum,

A ctum, & tamen in.5.Met. diſtinguit Ens in p ſe & per accidens, dicimus conuenire Metaph. diſtinguere hæc duo, tanquã partes Entis, quod illi eſt ſubiectũ: at demonſtrator conſiderat per ſe prío id qđ eſt per ſe, per accidens vero, quod non eſt per ſe, quare non tantum Ariſ. potuit, ſed etiã debuit, obiter agere de eo quod eſt per accidens.

CONT. XXXVII.

Tex. 9. VVLT Ariſtot. in hoc loco ſubiectum definire prędicatum
B in.2.modo dicẽdi perſe.v.g.naſus definit ſimum, & numerus definit par vel impar: Oppoſitum videtur voluiſſe.1. Poſter. te.35.vbi colligitur ab omnibus definitionem prędicari de definito,nam ſi hoc eſt,non videtur ſubiectum poſſe definire prędicatum, quoniam ſic fieret prędicatio pręter naturam. Eſt.n.prędicatio præter naturam cũ ſubiectũ eſt quid prædicati: & ob id Themiſt. eo in loco, caue inquit, ne vtaris propoſitionibus
C incõditis & præter naturam in demonſtrando.

SOLVTIO.

POTEST ea afferri ſolutio, q̃ ſubiectum in.2.modo dicendi perſe, non eſt definitio prędicati, ſed pars eius definitionis, hoc eſt, ſubiectũ ponitur in definitione prædicati: nec propterea ex eo fit violentia aduerſus eam regulam, quæ vult q̃ definitio prędicetur de definito prędicatione naturali: cum hæc intelligat̃ de tota, atq; integra de- D
finitione. Quod autem ſubiectum in ſecũdo modo per ſe ſit pars definitionis prædicati, & non tota definitio, inde patet, q̃ definitio nõ poteſt vnica dictione aut termino exprimi, quare ſubiectũ cum vnica ſit uox, vel terminus, non poteſt eſſe tota p̃ dicati definitio: nemo enim ſanus diceret numerum eſſe definitionẽ paris, vel naſum ſimi. Præterea ẽ & locus apud Auer. 7.Met.cõ.18.vbi ait, ſubiectum eſſe veluti venus in definitione E
paſſionis: hinc patet ipſum eſſe partem definitionis, non autem definitionem, ſed et aliter dicere poſſumus q̃ definitio illa ſemp̃ p̃dicatur, quæ formalis eſt, hoc eſt quæ largitur quod quid eſt rei proprie dictum. at cauſalis vocata, quæ dat propter quid, ea poteſt tam ſubĩci, quam prędicari. Cum vero dicimus ſubiectum definire accidens proprium, id intellige de ipſa cauſali definitione, quoniam naſus
non eſt forma ſimitatis, nã ſub- F
ſtantia non poteſt eſſe forma accidentis, at naſus eſt cauſalis ratio, ſiue materia ipſi⁹ ſimitatis, & iccirco definitio huiuſmodi poteſt ad libitũ cuiuslibet ſubĩci & prædicari. Dicimus enim definiendo Eclypſim cauſali definitione, à fine ſumpta, Eclypſis eſt terræ interpoſitio, dicim⁹ etiam ob terræ interpoſitionem eſſe Eclypſim. nam cum hæc ſit cãlis definitio Eclypſis poteſt

G teſt et ſubñci & p̃dicari, vt colligitur ex multis exemplis ſecundi libri Poſte. Formalis vero definitio cum dicat quid res ipſa ſit, neceſſe eſt, vt ſemper prædicetur: quocirca naturalis erit ꝓpoſitio, quę dicit Homo eſt animal rationale mortale: quę vero ait, animal rationale mortale eſt homo, ea cenſenda eſt prę-
ter naturam. Amplius tu diligenter pondera, ꝙ Ariſtotel. 1. Poſte. tex. 35. iam citato non dicit expreſſe definitionē nō poſ-
H ſe ſubñci ſuo definito: qd volui dixiſſe, vt ſcires id potius fuiſſe ab expoſitoribus dictum, quā ab Ariſt. Præter aūt dictas ſolutiones, addo illam faciliorem cę teris, ꝙ ſubiectum licet definiat prædicatum in. 2. modo dū tamen definit efficitur prædicatū & ipſum: v. g. naſus, licet ſit ſubiectum in propōne dicente, naſus eſt ſimus vel cōcauus: dū tñ definitur ſimitas, efficitur prædicatum, nam dicimus, ſimitas eſt naſi curuitas. & ſic remanet
I ſemper illeſa regula, ꝙ definitio & ſingulæ eius partes prędicantur de definito.

CONT. XXXVIII.

Tex. 9. OMNIA, inquit Ariſt. ſunt per accidens, quæ neutro modo prædicātur, hoc eſt, quę nō ſunt in. 1. vel ſecundo modo dicendi per ſe. Oppoſitum videtur habere in hoc eodem tex. quoniā præter duos modos dicēdi per ſe, enumerat tertium, & quartum modum: quo modo ergo hi duo reliqui erunt per ſe, ſi per K accidens vocat quicquid nō eſt in primo vel ſecundo modo?

SOLVTIO.

SCIRE oportet, primum et ſecundum modum dicendi per ſe tantum eſſe propoſitiones: nam tertius conſiderat ſolā exiſtentiam particularium ſubſtātiarum, et quartus cōſiderat dependentiam effectuum ab eorū cauſis. ob id Ariſt. agens de propoſitionibus per ſe, eas vult eſſe vel in primo vel in ſecundo modo, cæteras vero ex accidenti. L

Quę vero ſunt in tertio, & quarto modo, nō ſunt propōnes, ſed exiſtentia ac dependentia rerū: & hęc ſolo fauet ēt Diuo Thomæ, volenti. 4. modū pertinere ad demōnem ſimpliciter. At qui tenent oppoſitam ſententiā vt Auerr. & Them. & Philoponus, dicerēt, per ſe accipi modo fuſius, modo præciſius: fuſius pro eo quod competit quartū modis preſſius vero, pro eo qđ propriè concernit primum, & M ſecundum modum dicendi per ſe. In qua ſignificatione proprie dicta, ea intelligerent verba in tex. {quęcūꝙ neutro modo in- ,, ſunt, accidentia ſunt, vt muſicū ,, aut album in animali.}

CONT. XXXIX.

ACCIDENS pticulare vult Tex. 9. de ſubiecto prædicari, nam hoc album prædicatur de Socrate. Oppoſitum habuit in ante prędicamentis, cap. de his quę ſunt in fine, vbi ſimpliciter inquit indiuidua

A diuidua de nullo prædicari: & tamen regula intelligitur eo in loco tam de indiuiduis accidentalibus, q̃ etiã ſubſtantialibus.

SOLVTIO.

INDIVIDVA vel ex ſubſtantię genere ſumuntur, vel ex prædicamentis accidentium. Si ſubſtantialia ſint, ea vel pronominibus oſtenſiuis indicantur, vt ſi dicas hic lapis, hoc lignũ, vel nominibus proprijs vt Socrates, Plato, Callias. Quę vero accidẽtalia ſunt, ea vel in cõ-
B creto accipimus, vel in abſtracto: in concreto ſi dixeris, albũ, iuſtum, grammaticum: in abſtracto vt albedo, iuſtitia, grammatica. Pręterea, ſcias prędicationem aliam eſſe de vno, aliam de pluribus, & quæ de vno eſt, vel eſt naturalis, vel præter naturam: naturalis in qua ſubiectum differt à prędicato, pręter naturalis in qua ſubiectum non differt à prædicato. Quibus conſtitutis, dicendum eſt ad contra-
C dictionis formam, q̃ Ariſ. dum inquit hic, indiuiduum accidentale poſſe prædicari, intelligit de vno nõ pluribus, & quidem prædicatiõe naturali, & hoc de accidente concreto eſt audiendum, cum vero alibi dicitur indiuiduum de nullo prædicari, id intellige de ſubſtantiali & accidente abſtracto, nam Socrates de nullo naturaliter prædicatur, item hæc albedo, vel hæc iuſtitia. Ex quo facile innoteſcũt illæ regulæ, prima indiuiduum ſubſtantiale & nomen propriũ D
vt Callias, de nullo naturaliter prædicatur, præter naturã vero de vno poteſt prędicari, hoc eſt de ſeipſo: nã dicitur Callias eſt Callias. ſecũda eſt, indiuiduum ſubſtãtiale de ſignatum pronomine oſtẽſiuo, vt hic homo, hic lapis poteſt de vno naturaliter p̃dicari, nã dicim⁹ Plato eſt hic hõ. tertia eſt, indiuiduum accidentale concretũ, vt hoc album põt de vno naturaliter p̃dicari vt dicente me, Plato eſt hoc albũ. quarta eſt, indiuiduum acci- E
dẽtale abſtractũ, vt hęc albedo nõ põt naturaliter p̃dicari ſed p̃ ter naturã de vno, hoc eſt de ſeipſa prędicaſ, qm̃ dicimus hæc albedo, ẽ hęc albedo. Ex his cõcorda oĩa loca, quę vñr oppoſita, nec tñ ſunt: & ſunt hęc, locus Porphirñ in cap. de genere, vbi ait ſingularia oĩa de vno prædicari: qd̃ ẽt reppetit in ca. de Specie. Ariſt. vero in ante p̃dicamẽtis, vult ſingularia de nullo prędicari in cap. de Subſtantia, itẽ F
de ſubſtãtijs indiuiduis loquẽs, vult eas nullam facere p̃dicationẽ. Sed. 1. Prio. ſect. ſcda, cap. de copia propõnum, diſtinguit indiuidua ſubſtantiæ, & accidentium ex qua partitiõe facile aſſumitur concilij ratio.

CONT. XL.

AVERROIS explicans ea quę obſcure habet Ariſt. in tex. 9. in quo continentur quattuor modi dicẽdi per ſe, circa primũ Cõ. 30.

G illud animaduertit, ꝙ primus modus per ſe eſſe pōt, vel vbi p̄dicatū eſt definitio ſubiecti, vel vbi prędicatum eſt pars definitionis illius: cum vero pars eſt, id quattuor modis contingit, nā vel genus ipſum prędicatur, vel differentia vel pars generis, vel pars dr̄iæ. Oppoſitū colligi videtur. 7. Met. c. 42. vbi commentator ſcribit, ꝙ dr̄ię quę ſunt ante vltimam, potentia continent in definito, quod etiam dixit. 8. Meta. com. 6. nam cum ibi velit
H Auer. dr̄iam non vltimā eſſe potentialē, patet ipſam etiā diuidi poſſe eo modo quo genus diuiditur, & ob id in. 7. Met. c. 43. dicit, ꝙ genus in re nō eſt in actu, vti eſt vltima dr̄ia, ex quo ſequitur in via ipſius differentiā vltimā eē indiuiſibilē, quod etiam rurſus confirmat in eodem. 43. 7. Met. dum inquit, quod ea quę media ſunt ſiter primum genus et vltimam dr̄iā, ſunt quaſi genera, ratio eſt quia ſunt diuiſibilia, at vltima differentia eſt indi
I uidua, vnde dicunt Meta. differentiæ vltimę conceptū eſſe ſimplicem, ita ꝙ, qūo voluit partē differentiæ poſſe prędicari perſe in primo modo, ſi vltima differentia non eſt partibilis?

SOLVTIO.

VLTIMAE differentię latēt nos ex Boethio in li. ſuo de Definitionibus, et diuiſionibus, ob id dicere poſſumus Auerr. hoc in loco voluiſſe partes differentiarū quę ſunt nobis notę, et hæ ſunt differentiæ potentiales, & K quæ ſapiunt naturā generis: vnde Ariſt. 1. Topic. cap. 3. ordinās problema differentiæ illud redigit ad problema generis, dicens differentiam ob id qđ prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, eſſe cum genere ordinandam, patet ergo differentias nobis notas, & quæ ſunt in vſu, eſſe genericas non vltimas & conuertibiles, & ob id Porphyr. definiens differentiam in prædicabilibus, eam deſcribit, quæ media eſt, non vltimam, L hoc eſt eam vult inter vniuerſalia collocari, quā ad problema generis reducit Ariſt. 1. Top. ca. 3. ſed & ſubtilius reſpōdere poſſumus, ꝙ oēs differentię habent partes, ſecundum earum nomina quibus vtimur in prędicationibus, definitiuis, verbi gratia, (& eſt exemplum Auerrois in cō. 30. primi Poſt.) punctum eſt in definitione lineæ, tanquam pars differentiæ illius, non. n. pūctum eſt tota lineæ differentia, M nam tota differentia eſt, terminari punctis, quoniam definientes lineam dicimus eam eſſe longitudinē, ſine latitudine, cuius extrema terminantia ſunt duo puncta. Hæc ita ꝙ diuiſio vltimæ differentiæ eſt quo ad vocem non quo ad rem: vnde etiā vltima differentia poteſt diuidi nominibus, cum tamen in re ſit ſimpliciter indiuiſibilis. Quæ reſpōſio ex viſceribus Auerr. hoc in loco colligitur.

Cont.

A CONT. XLI.

Cõ. 31. EXPLICANS Auer. secundum modum docendi per se, vult eum esse quoties prædicatur passio de subiecto, ita vt in definitione prædicati assumamus subiectum, aut subiecti genus, vel eius generis genus, & ita de alijs, dum modo non transcendamus genus illius, de quo est scientia, vel consideratio nostra. Sed videtur voluisse ī quę sito quinto. aliud ab hoc diuersum, nam ibi videtur asserere tã
B tum in accidentibus proprijs, hoc est in eorum definitionibus sumi subiectum, quod latiꝰ etiã videtur voluisse septimo meta. 17. & Aristoteles ibi vult eandẽ sententiam. immo ea est ratio qꝫ subiectum assumitur loco formæ passionis, quod nõ videtur dici posse de genere subiecti, cũ genus sit materia, ex Porphirio cap. de differentia.

SOLVTIO.

PASSIO, cum sit accidens proprium, & carens proprio ge
C nere, necessario debet definiri ꝑ ipsum subiectum, nam simitas ex naso definitur, & par vel impar ex numero, & licet subiectũ sit materia quędam, in qua sunt accidentia, attamen vicem formæ sortitur in definitione accidentis proprij. & hæc vocatur primaria definitio illius accidẽtis, quo modo Aristot. & Auer. loquũtur septimo met. decimo septimo. Verum non tollitur, qꝫ definitione communi, & secũdario dicta nõ possit definiri passio ex genere sui subiecti, & ex genere generis, dum modo non transcendamus limites nostræ facultatis, vt Commentator aduersus Alpharabium digrediẽs in hoc commento 31. interpretatur. de qua re, copiose meminit in quinto quæsito. Ad Porphirium vero, alibi diximus, genꝰ non esse simpliciter materiam, sed materiæ proportionatum: nam simpliciter est forma communis, secundo Physic. commento 91. D E

CONT. XLII.

QVARTVM modum per se, exponens Auer. vult, eum fieri ex causis externis, quæ sunt finis, & efficiens. vbi concludit talem modum non esse vtilem ad demonstrationem simpliciter, vt etiã voluit lucidiss. Themistius in hoc lib. cap. 11. & Philoponus in expositione huius loci. Sed oppositum videtur voluisse (omissis mille locis in secundo poster. 4.) in quæsito demõstratiuo 8. vbi demonstrationem potissimam dixit esse illã, quæ quidditatem Eclipsis concludit per mediũ, quod est causa externa, hoc est causa efficiẽs, Eclipsis. Item est locus secundo Poste. commento 6. vbi ait, formam, & materiã dare quid est, efficiens, & finem pręstare propter quid. cum autem maxime proprium sit ipsius scientiæ demonstratiuæ elargiri propter quid, vt dicitur primo Poster. Cõ. 34. F

tex.

G text. 30. 31. 39. nec non ſecundo phy. 27. ſequitur cauſas extrinſecas eſſe demonſtratiuas ſimpliciter.

SOLVTIO.

SI commẽtum hoc præſens diligenter a nobis conſideretur, & illud etiam, quod ſequitur, conſtabit Auerroym velle diſtinctionem de cauſis externis, ꝙ aliæ ſunt, quæ non conuertuntur cum ſuis effectibus. id enim dicit apertiſſime in hoc 34. aliæ vero ſunt coexiſtentes, hoc eſt,
H quę loco formę rei aſſumuntur cuiuſmodi eſt terræ interuẽtus, qui cauſa eſt Eclypſis efficiens, ſed loco formæ illius accipitur quo modo in alijs eſſe contingit cauſa finalis accipi poſſe in definitione effectus. Qua cauſarum diſtinctione conſtituta, dicendũ erit, cauſas externas non conuertibiles, & non coexiſtentes efficere quartum modũ (quicquid voluerit D. Thomas) & ita nihil vtilitatis afferre demõſtrationẽ
I ſimpliciter, ſed ſolum demonſtrationẽ ſ gni, vel etiam demõſtrationẽ cauſę tantum. Cæterum, cum dicit in 8. quæſito, medium demonſtrationis potiſſimæ eſſe cauſam extra quiddita tem, hoc eſt finalem, vel efficientem de ea intellige, quæ pro forma rei coexiſtit, & ratio huius eſt, quoniam cum demõſtratio perfecta debeat dare omnia rei quęſita, hoc eſt quid, & propter quid, vt dicitur ſecundo Poſter. text. 10. iccirco neceſſe eſt, vt in demonſtrationẽ ipſa, illæ cauſæ K conſtituantur, quæ & internæ ſimul & externæ poſſint appellari. Nam, verbi gratia, animal rationale, quod eſt forma hominis, debet dare quid internum hominis, & propter quid externum (quod vocant cauſale) riſibilitatis, & ob id medium demonſtrationis potiſſimæ tenetur eſſe rõ formalis ſubiecti dãs quid eſt, & ratio cauſalis dans propter quid paſſionis: cui nulla alia eſt ratio, niſi ꝙ cauſæ demonſtratiuæ ſimpliciter debẽt L eſſe aliquo pacto extrinſecæ, vt afferant propter quid, ſed adeo extrinſecę, vt etiam dent ꝙquid eſt, id autem faciunt cum ſunt formales, vel deficientibus illis, quæ loco formalium aſſumuntur. Quæ doctrina arcana mihi eſſe ſolet, deſumpta tamen ex ipſo Auerroe, locis citatis. tu vero hæc viciſſim compara, & diligenter omnia perpende, quoniã ex his cõcilium habes inter Scotum, ac D. Thomam in difficili illa controuerſia de medio termino demonſtrationis ſimplr. M

CONT. XLIII.

PONDERANS Auerr. verba tex. in quodam ſuo propoſito, animaduertit, hanc propoſitionem non veram eſſe, quę dicit, omne per ſe eſſe neceſſariũ: veram tamẽ eſſe, quæ dicit, omne neceſſarium eſſe per ſe. idq; vult aduerſus Alpharabium. Sed mirum id alicui videbitur, cum in tex. 7. & in commento Cõ. 35.

A 28. dixerit Aristoteles & Auer. necessarium in plus se habere, quam per se. Nam quæ dicũtur de omni, ea quidem necessaria sunt, sed non sunt per se, cui⁹ erat exemplum apud Philoponum, ꝙ omnis nix est alba, & Auerr. etiam exemplificabat in eadem re, & in coruo, dum dicim⁹, coruus est niger, & de risu vendentis, & ementis, quæ omnia sunt necessaria, & non per se. Sic videtur male dixisse, ꝙ omne necessarium sit per se. amplius dũ
B negat per se esse necessarium, videtur oppositum ei, ꝙ dicit infra commento 44. & in quæsito 4. vbi vult per se, siue essentiale esse cõditionem magis propriã quàm ipsum necessarium.

SOLVTIO.

PVTABAM ego alias, hunc locum esse omnino deprauatũ in ipsa Auerrois translatiõe, aut etiam mendosum extare originalem verum, cum id plene iudicare non possim, ob Arabicæ
C linguæ imperitiam, dixerim potius Auerroym ĩtellexisse de eo necessario, de quo ẽt ample meminit in quæsito quarto. nam ibi quoddam vult esse necessarium simpliciter simplex, quod demonstrationis potissimæ obiectum est. & hoc est, quod habet tres cõditiones, vt sit de omni, per se, & primum. quoddam aliud communius accipit, quod est id quod semper est. itaq; cũ dicit in hoc commento, non omne per se esse necessarium, intelD lige de eo, ꝙ est simpliciter simplex, nam hæc propositio, quæ dicit, isoceles habet tres, est per se in secundo modo, non tamen habet perfectam necessitatẽ simpliciter, quoniam nõ est prima. Item cum dicit omne necessariũ est per se, pariter id intellige de necessario simpliciter dicto, qm̃ tale cum sit vniuersale primum est etiam per se, & de omni: & sic verificabis in fundamentis Auer. vtramq; propositionem, quæ falsa videbatur, & non est.
E Cum vero voluit Aristote. tex. 7. & etiam Auer. commento 28 & 44. necessarium communius esse eo ꝙ est per se, dicas eos intelligere, de necessario in secunda significatione pro eo, quod semper est: quę significatio communis dicitur, & obiectum omnium specierum demonstrationis, quæcunq; ea fuerit demonF stratio. Tu vero si vis plura de necessario cognoscere, vide quæ grauissimæ, & copiosissime colligit. in quæsito demonstratiuo 4. ibi enim fons est huius disputationis, a quo emanarunt hæc, quæ passim in hisce commentarijs spargit Auerrois.

CONT. XLIIII. Tex. 11.

AGENS Arist. de eo vniuersali, quod appellat primum, & secundum ꝙ ipsum, post eius descriptionem, addit illa verba, per se autem & secundum ꝙ ipsum, idem vt per se lineæ inest punctum, & rectum &c. ex quibus verbis ample colligitur, dici per

G per ſe eſſe idem cũ eo, quod eſt ſecundum ꝙ ipſum. Sed oppoſitum videtur voluiſſe in text. 7. vbi prꝙparans ſe Ariſto. ad explicandas propoſitiones neceſſarias, primum dicit velle agere de omni, deinde de per ſe, & poſtremo de vniuerſali, ex quibus verbis patet philoſophum voluiſſe per ſe differre ab eo, ꝙ eſt ſecundum ꝙ ipſum, nam re vera per ſe eſt res cõmunior, quoniam omne, quod eſt ſecundum ipſum eſt etiam per ſe, & non è
H diuerſo, ꝙ autem ſit propoſitio per ſe, quæ nõ neceſſario ſit vniuerſalis, id Philoponus probat hoc exemplo, quoniam iſoceles habet tres in ſecundo modo dicendi per ſe, quæ propoſitio nõ habet id quòd dicitur ſecũdum, ꝙ ipſum, ſiue vniuerſale, quoniã habere tres vniuerſaliter ineſt triangulo, non iſoceli. Et idem videtur dixiſſe Themiſtius cap. 12. cuius hæc ſunt verba, in initio illius, ſi qua res per ſe ineſt, non ſtatim efficitur, ut ſit vni-
L uerſalis.

SOLVTIO.

HAEC tam euidens contradictio, adeo difficilis eſt habita, vt nemini mirum videri debeat, ſi quot fuere expoſitores, totidem videãtur, & reſponſiones. Nam hæc verba, quæ dicunt per ſe eſſe idem cum eo, ꝙ eſt ſecũdum ipſum; ſic a magno Alberto, grauiſſimo latinorum exponentiũ fuere explicata, ꝙ non intelligat hæc duo eſſe ſinonima, aut etiã reciproca inter ſe, quoniam in K
7. tex. iam dixit oppoſitum, ſed idem hæc duo appellat ob eam tantum rationem, quoniam ſuperiora ſunt idem cum inferioribus, potius quam inferiora cũ ſuis ſuperioribus. Nam animal idem eſt cum homine, magis quàm homo cum animali, ob eam cauſam, ꝙ ſuperiora ſunt de eſſentia inferiorum: at inferiora contingunt ſuperioribus. itaq; cum per ſe ſit veluti genus ad id quòd dicitur ſecundum ipſum, ob id Ariſtot. hoc modo in L
tellexit ea eſſe idem, non autem ſimpliciter. Quæ ſolutio, & ſi a magno interprete proponitur, pace tamen illius mihi ſubtilior videtur, quàm in hoc loco neceſſaria. Nam quorſum Ariſtot. dixiſſet hanc ſubtilem animaduerſionem, definiens vniuerſale? id enim ad eius definitionem nihil facit. Ob id D. Thomas addit alium dicendi modum, ꝙ cum definiuerit vniuerſale eſſe de omni, & per ſe, & ſecundum ꝙ ipſum, ne quis in hac definitione M
perciperet, per ſe eſſe quoddam diuerſum ab eo ꝙ dicitur ſecundum ipſum, iccirco ſic eſt locutus. Hæc ſolutio conatur trahere hoc ad propoſitum definitionis datæ de vniuerſali, ſed, reuerentia huius diligẽtiſſimi expoſitoris dixerim, ꝙ hæc ſolutio non aſſequitur intentum, quoniam ſi id ad definitionem refertur, cur non etiam tetigit illam particulam de omni? Nam cum

de

A definimus rem vnam, nõ ſolum eius differentię, ſed & genus fit vnum in ipſa definitiõe, etenim ex genere, & differentijs vnum, & idem fit cum definito, vt habetur ſectione prima, & tertia libri Perihe. & ex Porphirio ca. de differentia. hoc dico, ſi quis vellet aſſerere dici de omni fuiſſe ommiſſum, tanquam genus in hac definitione, ſi vero ſumatur & ipſum pro differentia, tanto magis debebat Ariſto. dixiſſe, de omni, per ſe, & ſecundum
B ꝙ ipſum idem eſſe. Poſteriores nonnulli volunt hæc duo accepiſſe philoſophum tanquam conuertibilia, quoniam dicunt, hic velle per ſe, preſſius quàm in præcedentibus, nam in tex. 7. p ſe accipitur (vt aiunt) pro genere vniuerſalis, nunc vero in ſignificatione propria, quæ eadem eſt cum eo, ꝙ dicitur ſecundum ꝙ ipſum. Quæ reſponſio reddit Ariſtotelem non tam ineptum quàm & confuſum: nam vteretur in eadem particula, manifeſta ęquiuocatione. in eandem fere ſolutionem acceſſit Themiſt.
C qui cap. 12. inquit, per ſe, & quatenus ipſum, hoc loco eſſe audiẽda nobis, vti eadẽ ſunt. redditq; cauſam, quoniam hæc duo ſunt inuicem adeo annexa, & coniũcta, vt alterum ſine altero conſtare non poſſit. quæ reſponſio diminuta ſatis, & conciſa videtur, præter æquiuocationẽ, quã facit in textu. at Theophraſtus (referente Philopono) nõ audit hæc duo idem eſſe ſimpliciter, D ſed ad hunc ſenſum, ꝙ ad vnum eorum ſequitur alterum: nam ſi quid eſt, quatenus ipſum illud etiã eſt per ſe, & non ex oppoſito, quod dicit Theophraſtus, verum eſt, ſed ad textum nõ recte accommodari poteſt: quoniam Ariſt. dixiſſet quatenus ipſum, & per ſe idem ſunt, non autem per ſe, & quatenus ipſum. Sed & Auerro. commento 36. huius dicti aliam affert explicationẽ, quoniam, inquit, voluiſſe Ariſtotelem per ſe eſſe idem cũ eo, E ꝙ eſt quatenus ipſum, non quidem ſimpliciter, (nam ſic res ſunt differentes, vt ſuperius dictum fuit) ſed accipiendo per ſe in ſignificatione primi modi, in quo prædicatum eſt definitio, vel de definitione ſubiecti. Quę ſane ſolutio dura mihi nimis, & difficilis videtur, tum quia eſſet æquiuocatio in eo, ꝙ eſt per ſe, tum quia non omne, quòd prædicatur in primo modo eſt eſſe quatenus ipſum, nam genus eſt per ſe in ſpecie, & tamen Auerr. F negat prædicationem generis eſſe ſimpliciter quatenus ipſam, vt alio in loco oſtendemus. item Ariſto. dans exempla in hoc textu, quo modo per ſe eſt idem cũ eo quòd eſt quatenꝰ ipſum, exẽplificat etiã in propoſitionibus ſecundi modi, dicẽdi per ſe, quoniam ait, triãgulum habere tres per ſe, & quatenus ipſum. ob id mihi magis probatur ſolutio Iohannis Grammatici, quæ dicit

per

G per ſe, & quatenus ipſum eſſe duas formas dicendi omnino differentes, quoniam per ſe eſt quiddam communius, vt ĩ præcedentibus dixerat Ariſto. nunc vero ea dicit idem eſſe, quod audiendum eſt in ipſis propoſitionibus demõſtratiuis, nam cum hæc ſcribantur, ea ratione, vt abundemus copia propoſitionũ, iccirco Ariſto. ne quis hæc duo ſepararet a demonſtratione, dicit hæc idem eſſe, quoniam ĩ ipſis propoſitionibus, ex quibus
H perfecta fit demonſtratio, ſimul concurrunt: & quidem in propoſitionibus, tam primi, quam ſecundi modi dicẽdi per ſe, quicquid Auerr. in hoc loco dormitans, ſomniarit. Quod vero res iterſe diuerſæ, idem fieri poſſint vni tertio comparatæ, inde conſtat, ꝙ albedo, & dulcedo lactis, qualitates ſunt omnino interſe diſtinctæ, quæ tamen in ſubſtãtia lactis receptæ, idem re, & ſubiecto efficiuntur. Sic dici per
I ſe, & quatenus ipſum, formæ ſunt dicendi differentes, ſaltem in hoc, ꝙ vna eſt communior alia, ſed in propoſitionibus demonſtratiuis ſimpliciter ſimul connectuntur, quem cõnexum ſi Themiſtius ſignificare voluit in eius recitatis verbis, putandũ eſt & ipſum recte dixiſſe, licet illa breuitas non plene explicaret nodum huiuſce difficultatis.

CONT. XLV.

Tex. 11. EXPLICANS in eodẽ tex. Philoſophus vniuerſale, dicit illud eſſe, quod in quolibet & primo monſtratur, verbum autem primo pro immediato ĩtelligit, ſed in fine huius text. & infra in tex. 13. & 14. vult triangulo ineſſe habere tres vniuerſaliter, & tamen, hæc propoſitio dicens, triãgulum habet tres prima non videtur eſſe cum ſit concluſio mediata, & demonſtrata ab Euclide in primo Elementorum, aut ergo exemplum erit falſum, aut explicatio vniuerſalis, cum hęc duo inuicem manifeſte repugnẽt. Quam contradictionem
L vidit Themiſtius primo Poſte. cap. 12. & 18. & Iohannes Grammaticus in expoſitione horum verborum.

SOLVTIO.

IN hac difficultate, ſane non parua, Themiſtius primo Poſt. cap. 18. inquit, non videri concluſionem demonſtratiuam poſſe dici vniuerſalem, cum id maxime ſit proprium præmiſſarum demonſtrationis. cui rationi, in-
M quit, reſpondiſſe quoſdam hoc modo, ꝙ non neceſſarium eſt in qualibet demonſtratione præmiſſas eſſe vniuerſales, immo potius videtur vniuerſale eſſe conditionem concluſionum, & per ſe eſſe conditionem præmiſſarum. Sed Alexander (referente eodem Themiſtio) confutauit eam ſolutionem, quoniam hæc partitio eſſet nimis ſubtilis, velle, inquam, accommodare vnum horũ præmiſſis & aliud concluſionibus. Sed Alexander

aliã

A aliam ſubiunxit reſponſionem, quæ dicit, concluſionem poſſe eſſe vniuerſalem & primam, nõ quidem ſimpliciter, ſed primã de genere eorum, quæ demonſtrari poſſunt. Quæ ſolutio vult, primum dici bifariam, hoc eſt, pro eo quod ſimpliciter eſt primum, & immediatum, quod noſtri appellant iuniores, primum primitate cauſæ, & ſubiecti ſimul, atque hoc eſt in his propoſitionibus, quæ nulla ratione demonſtrari queunt, cuiuſmodi
B ſunt dignitates, & præmiſſæ immediatæ demonſtrationis, quæ ita vniuerſales ſunt & primæ, vt inter eorum ſubiecta, & prædicata nihil intermedĩ cõſtitui poteſt, hoc eſt, neq; cauſa, neq; ſubiectum vllum: hoc itaq; primum eſt prẽmiſſarum non concluſionis, Aliud vero eſt primũ, quod non tantæ dicitur eſſe dignitatis, ſed primũ dicitur, ſubiecto, non cauſa: atq; hoc eſt in concluſione. nam ea propoſitio, homo eſt riſibilis, luna deficit,
C triangulum habet tres, &c. prima eſt ſubiecto, quoniam nullũ aliud datur prius illis, licet non ſit prima, ſecundum cauſam, quoniam quælibet illarum per cauſam mediam poteſt ſyllogizari, hæc fuit Theophraſti ſolutio, cui adſtipulatur Auerr. primo Poſte. commento 3 [illegible]. 41. 53. in quadam epiſt. & in quæſito tertio: & hæc etiam a latinis omnibus recepta fuit. qua ſtante diſtinctione, contradictio omnis cõcidit, cum Ariſt. concluſionẽ D dicta eſſe vniuerſalem, & primam. id enim audiẽdum eſt de primo ſecundum ſubiectum tãtum. præmiſſæ vero erunt primæ & ſubiecto, & cauſa ſimul. Nec obſtant, quæ Themiſtius videtur adducere pro confutatione huius reſponſionis. Primũ enim, inquit ille, ſe non videre, quo modo poſſit eſſe concluſio vniuerſalis, vbi hæc fuerit ſyllogizata ex vniuerſalibus præmiſſis: adde tu, quoniam eſſe primũ vniuerſale, & ſyllogizari poſſe, E videntur pugnantia eſſe. Deinde etiam obĩcit, eſto id probabiliter verum eſſe, q̃ concluſio illa ſit vniuerſalis, quæ ex vniuerſalibus, præmiſſis, & primis demonſtratur, quid poſtea dicemus, quando demonſtratio nõ cõſtat ex p̃miſſis primis, & immediatis, quod ſæpiſſimè contingit, & prẽſertim in mathematicis: videtur enim q̃ in illo caſu tales demonſtrationes ſint penitus reĩciendæ, veluti inanes, cũ F non habeant concluſionem vniuerſalem: q̃ ſi reĩciendæ non ſunt, fatendum erit per ſe, & vniuerſale fuiſſe explicata propter prẽmiſſas non ob concluſiones, quæ quidem eſt Themiſtĩ opinio. Verum hæc nihil aduerſus Alexandrum faciunt, quoniam iam dictum eſt, perfectius eſſe prẽmiſſas vniuerſales, quàm cõcluſio ſit cũ illæ primæ ſint ſubiecto, & cauſa, concluſio vero ſubiecto ſolo. Ad ſecundam

vero

G vero dicimus obiectionem, ꝙ dū agim⁹ de vniuersali primo, agimus de obiecto demonstrationis simpliciter, non autem de alijs. demonstrationes autē simpliciter sunt quę primis constāt principijs, vel quorum principia ad prima statim resoluūtur. Quòd autem conclusio sit vniuersalis, & prima, confirmes exemplo de triangulo, quod habetur in tex. item in text. 12. & 13. agens de erroribus vniuersalis, eos fere omnes applicare possu-
H mus conclusioni. sed & in quartodecimo dans Aristo. regulam de eo ꝙ est vniuersale, primum & quatenus ipsum, concludit id esse, dum dicimus triangulū habere tres, non autem cum dicimus, figura, termin⁹, isoceles, æneum habet tres: & hæc venia Themistij sint a nobis dicta. Sed tu vide latius hæc disputata ab Auer. in commento 36.

CONT. XLVI.

Cõ. 36. EXCITATVS Auerr. his, quæ dixerat Themistius primo
I Post. cap. 12. in quo disputat nū quid prædicatio generis de differentijs. ac speciebus, sit vel nō sit prædicatio vniuersalis, & prima, dubitat an vniuersale hic definitum sit proprium, & conuertibile. Et ait, ꝙ si dicam⁹, ipsum esse proprium, & conuertibile, tunc videretur ipsum non pertinere, nisi ad definitiones, & propria, quamobrem genus ipsum non erit prædicatum vniuersale, quod Auer. habet pro incommodo. oppositum videtur habuisse infra in commēto 41. vbi damnat Themistiū, qui voluit prædicationem generis esse primam: quocirca, ait, genus non posse prædicari primo, & vniuersaliter de specie, quoniā non competit vni speciei, quatenus est illa species, sed pluribus. K

SOLVTIO.

QVI volunt hanc rem videre fusius, accedant ad tertiū quę situm demōstratiuum, vbi hæc & plura alia proponuntur scitu digniſſima: Etenim eo in loco L colligitur distinctio, de prædicatione vniuersali, & prima simpliciter, quæ necessario vult terminos proprios, & partes, & in hac significatione genus non potest vniuersaliter prædicari de vna specie: poterit tamen prædicari de omnibus coniunctim: aut etiam de differentijs ipsis diuisiuis, nam animal cōuertitur, cum omnibus suis specieb⁹, vel etiam cum suis duabus differentijs, quæ sunt rationale, & irrationale. Potest etiam (vt in calce M huius commenti colligitur) genus prædicari vniuersaliter de spē, dūmodo non contrahatur, nam homo, vt homo est certū quoddam animal, hoc est contractum, nō autem absolute est animal. contrahitur autem animal, si dixeris, homo est animal cogitatiuum. Est itaque responsio, ꝙ genus respectu vnius speciei, sine contrahente dictum, non facit prędicationem simpliciter

A citer vniuerſalem, & primam, ſed vniuerſalem de omni tantū & per ſe, contractum tamē, vel ēt reſpectu vtriuſq; ſuę differentiæ diuiſiuæ, vel omnium ſpecierum ſimul, poteſt vniuerſaliter prædicari & primo. Themiſtius vero voluit genus facere prædicationem vniuerſalem de differentijs, & ſpeciebus, quod forte ſeruari poteſt (quicquid illi tribuat Auer.) quoniam Gen⁹ poteſt ſumi, ita vt conuertatur B cum differentijs, & ſpecieb⁹: vel forte prædicationem vniuerſalem intellexit in ſignificatione quadam communi, non primā & quatenus ipſam.

CONT. XLVII.

EXPONENS Auerr. ea verCō. 36. ba, in tex. 11. per ſe, & quatenus ipſum, idem ſunt, vult hæc duo hoc in loco conuerti, cui ſententiæ, oppoſitam regulam tradidit in ſecundo lib. Phy. commē. to 3. quo in loco explicans Auerro. naturæ definitionem in qua Ariſto. ponit has voces primū, C & per ſe, animaduertit has eſſe non ſinonimas, & cōuertibiles, immo differentes: quoniam omne primū eſt per ſe, non autem contra: idem autem eſt primū, & quatenus ipſum, quare ſi hęc dicit eo in loco differre, & hic idem eſſe, pugnātia videtur omnino attuliſſe.

SOLVTIO.

CVM hæc cōtradictio ſit cōmunis Auer. & Ariſt. patet ſolo ex his, quæ dicta ſunt in tollēda contradictione tex. 11. nā in de- D finitione naturę, primū, & per ſe, audienda ſunt vti diuerſa, nō vti ſinonima, cum diſciplinę, & ſcientiæ contemplatiuæ deſpiciant ſinonima, vt habetur primo primo phy. commē. 1. Hic vero cū dicit hæc eſſe idem, intelligit qñ per ſe eſt definitio in primo modo. hæc. n. fuit Auerr. expō, quam in ſuperioribus reiecim⁹, confirmata Theophraſti interpretatione. verum hæc volui dixiſſe, vt cognoſceres, in Auerr. nullā ī hoc extā cōtradictionē. E

CONT. XLVIII.

EXPLICANS Auer. eam Ari. Cō. 37. ſententiam, in tex. 11. quæ dicit habere tres, non competere vniuerſaliter equicruri, reddit cauſam, qm̄ hæc demr̄atio eſſet particularis, & ob id addit demr̄ationem non poſſe eſſe particularem. ſed cōtrariū ſentit infra cō. 160. ſiue in text. 39. iuxta veterē ſectionē. quo in loco diſputat cū ipſo Ariſt. vtra ſit melior demō ſtratio, vl̄is, vel particularis. & dicit per particularē demr̄ationē nō eſſe intelligēdā eā, quæ ſin F gulari termino continet, vt ſi dicas aliquis homo eſt albus, ſed illam, quæ prædicatū genericū cōcludit de ſpecie ſpecialiſſima. vt ſi dicas, iſoceles hī tres. ecce, q̄ vult has demonſtrationes bonas eſſe, licet minus, quàm quæ de gn̄e ſunt, vt illa in qua habere tres concluditur de triāgulo, & tamen id negat in expoſitiōe huius tex.

G SOLVTIO.

VVLT Auer. vbiq; locorum demõſtrationẽ in hoc libro, mõ conſiderari in ſignificatione magis ꝓpria, mõ in ſignificatione paulo magis cõi. Nam cõditiones per ſe, & de oĩ vult eẽ demõ ſtrationes ſigni, & propter q̃d, potiſſimæ vero demonſtratiões notæ ſunt, de omni, ꝑ ſe, & quatenus ipſum, ſimul. itaq; cũ hic fiat mentio, & explicatio vl'is, quod dicitur quatenus ipſum, quæ eſt potiſſimæ demõſtratio
H nis ſpecialis cõditio, iure Auer. dicit particularia nõ demonſtrari, hoc eſt demr̃atione ſimplr̃. at in cõm. 160. capit demonſtratio nẽ vna cũ Ariſt. cõius. hæc. n. poteſt eẽ vl'is, particularis, affirmatiua, & negatiua, oſtẽſiua, & ducens ad incommodum, vt conſtat in tex. 39. 40. 41. Aliter etiã dicere potes, ꝙ Auer. hic loquitur nõ de ſpeciebus, ſed de vere particularibus, quæ ideo ait, nõ poſſe demonſtrari, qm̃ ſunt infi
I nita: at in cõmẽ. 160. ſumit ſpẽs ſpecialiſſimas. qd̃ vero hoc nomẽ particulare interdũ ꝑ indiui duo, interdũ ꝑ ſpẽ ſpecialiſſima accipi nobis poſſit, eſt in primis Auer. 1. phy. cõm. 4. & 5. deinde & 1. poſte. cõm. 12. vbi exponẽs Ariſto. dicẽtẽ notiora nobis eſſe ſingularia, hæc vocat ſpecies ſpecialiſſimas.

CONT. XLIX.

Tex. 13 ENVMERANS Ariſt. tres errores, qui in re vl'i nobis committi ſolẽt, alterũ dicit eſſe, cũ quis ꝑ-
priã paſſionẽ demr̃at de pluribꝰ L
ſpẽ differentibus, quę tñ de gñe illorũ cõi tenebaĩ demr̃ari. Exẽ plũ vero addit hmõi. Si quis demonſtrabit ꝓportionale eſſe de lineis, numeris, ſolidis, & tpibꝰ credet eam affectionẽ vl'r fuiſſe demonſtratam, ſed hallucinaĩ, qm̃ non de his ſpẽbus erat concludenda, ſed de cõi gñe illarũ, qd̃ cũ nobis ignotũ ſit, iccirco demr̃atio vl'is fieri non põt. Ex quibus habes genus, lineæ, nũeri, tẽporis, & ſolidi eſſe ignotũ. K
oppoſitũ voluit in prædicamentis, cap. de Quanto: vbi quantũ ponit genus cõtinui, & diſcreti, ſub quibus collocãtur linea, nũerus, tẽpus, & ſolidũ ſiue corpus. Si itaq; quãtum eſt genus cõe illorum, cõſtat illud eſſe nominatum, non autem anonimum.

SOLVTIO.

QVIDAM aiunt ꝓportionale eſſe affectionẽ cõem, quãto cõtinuo, & diſcreto, & cũ apud eos continuũ, & diſcretũ cõueniant æquiuoce, ob id aiunt voluiſſe Ariſt. Genꝰhorũ quatuor lineę, M
nũeri, corporis, ac tpis eẽ ignotũ, qm̃ hactenus non hr̃ nomen vniuocũ cõe illis: quantũ uero dicũt eſſe æquiuocũ. Habẽt hi ꝙ hac opinione locũ Auer. 1. Poſt. cõm. 74. & 1. met. cõmẽ. 46. vbi inquit, quãtitatẽ non eſſe genus vnũ ad cõtinuũ, & diſcretũ, analogice, tanto minus æquiuoce. Hæc cõcordia ducit nos in infinitas difficultates. prima ẽ, ꝙ ſi quãtũ nõ eſt genus vnũ, prędica
mẽta

A mẽtà non x. extarent ſed xi. qm̃ dicis, quãtũ æquiuocũ eẽ, quãobrẽ quãtorũ erunt duo prædicamẽta: & ſic numerus prædicamentorũ nõ erit denarius, quod repugnat doctrinæ Ariſt. in prę dicamẽ. cap. de incõplexis, & 5. met. 18. At locus Auer. iam citatus, nihil facit ad eorũ confirmationẽ, qm̃ continuũ, & diſcretũ vult nõ vniuoce, neq; analogice ſub vno gñe conuenire, accipiẽs genus p ſubiecto artis. Nã dum hæc dicit, exponit verba Ariſt.
B quę dicũt nõ dari trãſitũ de gñe in genus hoc ẽ, de Arithmetica conſiderãte numerũ in Geometriam cõſiderãtẽ cõtinuũ, ob eã rõnẽ, q hæ facultates non pñt hr̃e genus idẽ, hoc eſt ſubiectũ: & ſi illud haberent, viciſſim trãſcenderẽt. Hic vero de gñe prædicamentali (vt dicunt) diſputamus, nam tale põt eẽ cõe continuo, & diſcreto, ſtante ordine prædicamẽtorũ tradito in prædicamentis, & 5. diuinæ philoſophiæ. Ob id contradictio adhuc
C perſiſtit. Dicunt alĩ, q gen⁹ horũ nõ eſt nominatũ, qm̃ illa ad diuerſas ſcientias referuntur, nã dicunt, ꝓportionale in lineis cognoſci a Geometra, in numeris ab Arithmetico, in corporibus a phyſico, in tẽporibus ab aſtrologo, quæ ſcĩæ nõ cõueniunt in vno cõi gñe. & in eandẽ vr̃ acceſſiſſe ſolutionem Auer. cõmẽ. 38. ſed ommiſſa tam exquiſita, & artificioſa diſtributione ſciẽtiarũ, dico q licet non detur genus cõe ſcientr̃s conſiderantib⁹ D
hoc q eſt ꝓportionale eſſe, non ob id ceſſat difficultas, qm̃ hic non fit mentio de genere ſubiecto ſcientiarũ, ſed de genere ſpecierum, & tale eſt genus prædicamentale. Cum iunior eſſem, neq; adhuc Philoponi cõmentaria vidiſſem, dicere ſolebã, Quãtitatẽ non poſſe dici genus cõe lineæ, numeri, temporis, & corporis, ita vt de ea poſſimus concludere vr̃ ꝓportiõale, qm̃ quãtitas nõ eſt ſubiectũ adæquatũ affectioni, cum quantitas in pl⁹ E
ſe habeat, quàm ꝓportionale, nã oratio, & locus quantitates ſunt, quæ tm̃ non ſunt ꝓportionalia: & iccirco genus horũ videretur non poſſe dici quantitas, cũ nõ oĩs ſit quãtitas ꝓportionalis. Quæ ſane reſponſio, inter cæteras, videtur mihi minoris difficultatis, ſed Philoponi ſolutio maioris eſt fidei, & perſpicuitatis: nam, inquit, ille exemplũ de ꝓportionali, qd Ariſt. adducit eſſe veteſtiſſimum, & ab Ariſt. F
deſumptum ex veterũ monumẽtis. ita q; cum hæc affectio, quæ dicitur ꝓportionale ſit cõis quãto, & quali, hoc eſt quibuſdam quantitatibus, & etiã nonnullis qualitatibus, quib⁹ nõ datur genus vnum nominatũ, ob id ſic locutus eſt Ariſt. Quòd vero cõpetat quãtitati, iã dictũ fuit, qm̃ conuenit lineis, nũeris, tpib⁹, & corporib⁹, & ẽt alĩs, vt ſuperficiebus, & motib⁹, neq; his tm̃, ſed ẽt qualitatib⁹, qd ꝓbat Philo-

G ponus, Plato. teſtimonio in Gorgia, quo in loco ꝓportionē aſſignat inter facultatē legalē, iudicialē, ſophiſticā, & rhetoricā. addit & ꝓportionē inter exercitatoriā artē, medicinā, māgoniā, & coquinariā. Sed tu vide hæc latius ī Gorgia, & apd Philoponū. itaq; ſi ꝓportionale cōe eſt, quæſitū ſiue paſſio quātitatū, ac qualitatū, recte dixit Ariſt. non eē nominatā naturā ſiue genꝰ cōmune ſpērū, ꝓportionaliū. Et licet ī exēplo nō accepit niſi quā-
H titates, id nihil obſtat, cū hoc ſit intelligēdū tanq; acceptū ab antiquis, vt ſunt oīa exēpla ipſius: antiqui vero id, quāto, & quali cōe fecerunt, & ita audiēdū eſt: quanq; ea eſt breuitas Ariſt. vt conciſe illud propoſuerit.

CONT. L.

Cō. 41. CVM de inductiōe, ī quodā ꝓpoſito, mentionē faciat Auer. exponēs quædā verba in tex. 13. inquit, inductionē nō facere nos acquirere p̄dicationem p ſe, ſed tm̄ per accñs. Cui dicto vr̄ id re-
I pugnare, q̄ voluit Auer. ī 8. ph. cō. 33. nā eo in loco colligit, dari īductionē, q̄ neceſſaria eſt, & demōſtratiua. Et eſt ēt rō, nā inductio colligit vr̄ia, hæc vero pñt eſſe ita per ſe, ſicut & per accñs.

SOLVTIO.

INDVCTIO cū ſit maneries diſciplinæ, nō aūt via doctrinæ ex plogo primi ph. ob id ē argumētū cōſolatoriū: nō aūt neceſſario cōcludēs. Nā, q̄ neceſſario cōcludūt ſunt ſyllī, quibus vult Auer. ꝓbari queſita naturaliter occulta, ſed inductio ꝓbat q̄ſitū leuiter ignotū, & ideo valet ipſa plurimū in faciēda fide, hoc eſt certitudine ſenſata, vt hī 2. poſt. tex. 2. Adde & illud, inductionē cōſiderari poſſe rōne formæ, & rōne materiæ: quo ad formā eſt augmētatio per accñs, non quidē per ſe, & neceſſaria, ob cās relatas: quo ad materiā vero ē aliq̄n neceſſaria, vt ſi dicas, Socrates ē rōnalis, igitur oīs hō rōnalis. quæ īductio in re neceſſaria
L pōt vno ſolo indiuiduo colligi. Quibꝰ cōſtitutis ceſſat illa ſuperius adducta pugnātia: nā inductio quoad formā nō pōt eē per ſe, & neceſſaria, rōne vero materiei pōt, & ita etiam ꝓcedit rō adducta pro confirmatione.

CONT. LI.

Cō. 41. AGENS Auer. diſputationē aduerſus Aduēpacem, & Alpharabium de prædicato primo, in quodā ſuo ꝓpoſito, dicit hęc verba, demr̄ationes, quæ ſunt potētia definitiones, ſine vllo dubio
M ſunt perfectiōes. certū aūt eſt, q̄ has demr̄ationes intelligit, ex q̄bus colligitur definitio ſolo ſitu differēs a demr̄atiōe, vt ē illa de qua philoſophus mētionē facit in 2. poſte. tex. 10. ſiue cōmē. 42. quæ ſic cōponit, ob extinctionē ignis in nube fit ſonꝰ nubis, tonitrus eſt ignis extīctio, ita q̄ tonitrus eſt ſonus nubis. ex hac. n. educit definitio cōtinua q̄ dicit, tonitrus ē ſonus nubis ob extinctionē ignis. Et conſiſte eſt exem-

plum

A plũ i 8. q̃sito demr̃atiuo de eclipsi, ob terrę ĩteruẽtũ fit pruatio luminis solis in luna, eclipsis est terræ interuentus, igitur eclipsis est priuatio luminis solis ĩ luna. Ex qua demr̃atiõe elicit̃ definitio integra & absoluta dicẽs, eclipsis est priuatio luminis solis in luna, ob terræ ĩterpõnẽ. sed hęc definitio ait Auer. in eodẽ quæsito 8. nõ efficitur, nisi sint duæ definitiões, quarũ vna sit cõclusio, alia vero sit principiũ, itaq; demr̃atio hęc simpliciter, quã vult
B hoc in loco esse definitionẽ potẽtia, & quã perfectiorẽ cęteris appellat, cõstabit duplici definitione: cui⁹ oppositũ voluit Auer. 2. poste. cõm. 20. & 38. vbi aduersus Alpharab. & Auẽpa. disputat de hac re. Amplius si quęsita sciẽtiarũ sunt p maiori pte de accidentibus, vt dicit Auer. 2. post. cõ. 12. 18. 20. 41. 67. 94. & demõstratiões sunt de accñtib⁹ ppr̃js q̃ concludim⁹ de ipsis subiectis, tũc p demr̃ationẽ nõ concludet definitio, sed sola passionis inhe
C rẽtia, vt cũ triãgulũ cõcludim⁹ hr̃e tres, lunã deficere, hoiem eẽ risibilẽ, &c. q̃ demr̃ationes simp̃r p̃nt eẽ, cũ dent cãm, & eẽ, & tñ hæ non sunt definitiões in potentia, qm̃ nõ cõcluditur in his vna definitio, nã cũ dico hoiem esse risibilem ex eo, q̃ est aĩal rõnale, non possum colligere definitionẽ solo situ differentem, tũ quia conclusio nõ est definitio, tum quia si colligeretur, eẽt hęc, homo est risibilis, propter aĩal rationale, sed risibile cum sit ac- D
cidens, fieri non potest, vt hoĩs definitionem ingrediatur.

SOLVTIO.

NOBILIS profecto est hęc difficultas, cũ in hac oẽs præclari expositores videantur perplexi. Sed hęc contradictio, in præsentia tolletur tantum in fundamentis Auerr. nam alius erit locus, in quo citabitur eadem pugnãtia in Arist. ipso: id enim cõstabit maxime infra super tex. 22. Auerro. opinio hæc fuit, q̃ demonstratio sit genus triũ spe E
cierum, nempe potissimæ, propter quid, & quia, id autem colligitur in prologo primi physi. & 1. poste. cõmen. 95. & in quæsitis multotiens. At demonstratio potissima dans cãm, & esse distinguitur secundũ magis, & minus perfectam, qm̃ eã vult eẽ oĩum perfectissimam, quæ continet duas definitiones, alterã p medio, aliã p cõclusione, dũmõ quæ concluditur, concludat̃, vt quæsitũ naturaĩr ignotũ, nõ vti definitio ẽ, & ea q̃ p medio acci F
pitur, accipitur non vt definitio sed vt cã dans ppter quid, de ea definitione, quę cõcludit̃: id aũt habes in 1. & 2. & 8. quęsito demõstratiuo, necnõ 2. Post. cõm. 37. vbi dicit, nõ posse definitionẽ naturaĩr occultã alia, rõne in notescer̃, quã p demr̃ationẽ, dũmõ eius medi⁹ sumat̃, tanc̃q; cã illius concludendæ definitionis. Quòd aũt hanc velit eẽ pfectissimam oĩum, id copiose colliges

G ex 8.quęſito, vbi ait hanc voluiſ
ſe Ariſt.pro ſcopo libri Poſt.cæ
teras autem eē æquiuoce demō
ſtrationes. Quod vero hæc lar-
giat definitionē ſolo ſitu differē
tē, eodē ēt in quęſito oſtidit, & in
prologo primi Poſt.ait, conſide
rari in lib. Poſt. demr̄ationē, vti
ex ea colligitur cōceptio, & for
matio, hoc eſt definitio. Et 2. Po
ſte.cōm.33.ſcribit, ea quæ ſunt ī
1.poſte. fuiſſe dicta ob ea, quę di
cuntur in 2. quod ſane dictū pce
dit ex eo, quod voluit de defini-
H tione, nam Auer. tenet ſubiectū
2. lib. poſte. eſſe definitionē, quę
poſt factam demonſtrationem
educitur, itaq; demonſtratio nō
erit perfectiſſima demr̄atio, niſi
tradiderit definitionem ſolo ſitu
differentem. atq; hoc vr̄ eē ēt di
ctum ex Ariſt. ſententia. 2. poſt.
text. 9. vbi agens de modo, quo
educitur definitio per demr̄atio
nem, inquit, eā non demr̄ari, ſed
educi quotieſcūq; medi⁹ termi-
nus fuerit rō perfecta, nā ille da-
bit quod eſt, & ꝓp quid, & ex
I eo ēt apparebit definitio, nō qa
demr̄etur, ſed quia ſiī innoteſcet
cum ꝓpter quid. Ex his itaq; cō
cludamus recte voluiſſe Auerr.
demr̄ationē illā eſſe perfectiorē
cæteris, quæ eſt definitio poten
tia. & in hoc nō eſt dubitandū.
Verū non tollitur ob hoc, etiā di
ci poſſe demonſtrationem ſim-
pliciter eam, quæ paſſionem cō
cludit de ſubiecto, qñ pręſertim
paſſio erit naturaliter ignota, &
demonſtrabitur medio, qui ſit
cā formalis ſubiecti, & rō dans K
ꝓpter quid de paſſiōe. id.n. eſſe
neceſſarium colligitur. 1. de aīa.
11.4.phy.31.1.poſte.5.2.poſte.9.
ſed hæc demr̄atio paulo cadit à
perfectione primi generis: potiſ
ſima tñ dr̄ rōne quæſitorū, qñ
dat cām, & eſſe. id.n. requiritur
ad demonſtrationem ſimplr̄, ex
1.poſte.cōmen.5.95. & quæſitis,
necnon in Epith. lōgicis cap. de
demr̄atione. Vtrū vero ex hac
colligi poſſit definitio ſolo ſitu
differens, necne, qō eſt non par-
ua inter modernos. Nam maior L
pars vult ꝙ ſic, credētes impoſſe
eſſe, vt ſit demr̄atio ſimplr̄, quæ
non ſit definitio potentia. Et ob
id coguñt dare exēplū illud de-
monſtrationis concludentis paſ
ſionē hoc mō, aīal rōnale morta
le eſt riſibile, hō eſt aīal rōnale
mortale, ergo hō ē riſibilis. qua
demonſtratione cōſtituta, aiūt,
inde elici definitionē ſic, hō eſt
riſibilis ob aīal rōnale mortale.
ſed pace horū dixerim, hanc nō
eē definitionē hoīs, qñ riſibile,
cum ſit accñs, non pōt eſſe ptē M
hoīs, neq; ei⁹ definitionis, nā ac-
cñs definit ſubiectū, nō aūt ſub-
iectū accñs. 1.poſte.9. & 7.met.
17. Alij vero non hoīs, ſed riſibi
lis, aiūt colligendā eſſe definitio
nē, adeo vt ſit dicendum riſibile
eſt hoīs aptitudo, ob aīal rōnale
mortale. ſed hæc ſolutio difficī-
lior eſt prima, tum qñ neceſſe ē
vt aptitudo nouiſſime apponat
in definitiōe, quæ in demr̄atiōe
non fuit accepta: item qñ defi-

nitio

A nitio non ad quæſitũ, ſed ad ſub
iectũ eſt referẽda. ſic.n. facit Ari
ſto. 2. poſte. tex. 10. vbi tonitruũ
accipit p ſubiecto, ſonũ nubis p
prædicato, extinctionẽ ignis p
medio, dicitq; tonitrui definitio
nem ſic colligi, q ſit ſonꝰ nubis
ob ignis extinctionem, quę defi
nitio ſubiecti eſt, hoc eſt mino-
ris extremi, loquor de definitiõe
ſolo ſitu differente: nã definitio,
quę medius eſt, ea eſt rõ, hoc eſt
cã dans ppter quid prędicati, ex
B 2. poſte. 9. Quamobrem dicerẽ
ex ea demonſtratione, quæ dat
paſſionem de ſubiecto non eſſe
neceſſarium, vt inde educaẽ de-
finitio ſolo ſitu differens, hoc eſt
ea, quæ duabus conficitur defi-
nitiõibus imperfectis: niſi de ip
ſa velimus concludere definitio
nẽ, id aũt ſecretũ eſt, qd̃ me do-
cuit Auer. in 8. quęſito. Nam po
namus paſſionẽ eſſe occultã ex
ſui natura, tunc ſi concludaẽ p
medium dantem cãm, & eſſe il-
C lius, pculdubio p demr̃ationẽ
ſimplr erit cognita, ex qua dixi
mus, non eſſe neceſſariũ, vt colli
gatur definitio ſolo ſitu differẽs,
ſi vero hæc paſſio fuerit nota, &
ignota eius quidditas, ea conclu
deẽ per medium, qui dr̃ cã illius
quidditatis, & erit demõſtratio
ſimplr in primo gradu, quæ da-
bit nobis definitionem ſolo ſitu
differentẽ: hoc mõ. ob aĩal rõna
le mortale eſt aptitudo hoĩs na-
turalis ad ridendũ, riſibilitas eſt
ppter aĩal rõnale mortale, ergo
hæc eſt aptitudo naturalis hoĩs
ad ridendum. Notum eſt, q me D
dius terminus eſt definitio riſi-
bilitatis, & etiam eſt ratio dans
propter quid prædicati in ſubie
cto, & eſt pars definitionis perfe
ctæ riſibilitatis. item concluſio
eſt alia imperfecta definitio, ex
quibus duabꝰ colligitur integra
definitio ſolo ſitu differens ſic, ri
ſibilitas eſt naturalis aptitudo
hoĩs ad ridendum ob animal ra
tionale mortale. Sed redeundo
ad contradictionem, dicimꝰ hoc
nõ negaſſe Auer. locis proxime
adductis, qm̃ differit aduerſus E
Alpharabium, qui credidit defi
nitionem poſſe concludi, vt defi
nitio eſt per medium, quę ſit de
finitio, verum cum definitio ſu-
maẽ a gñe, & dr̃ia, quæ forma
eſt, & vnius rei eſt vnica forma,
ob id vult, qd̃ quid eſt per aliud
q quid eſt nõ poſſe demr̃ari, &
ſi demonſtretẽ erit petitio princi
pij. Sed dũ ponimus definitionẽ
concludi per demõſtrationem,
dicimus id fieri de impfecto, q
quid eſt, vt quęſitum eſt non de F
finitio, & p medium qui ẽ cã il-
lius dãs pp quid, nõ quid. Ad cõ
firmationem puto me iã ſatis rñ
diſſe ex Auer. fundamẽtis, iccir-
co hæc miſſa faciamus.

CONT. LII.

AGENS Auer. de p̃dicato pri Cõ. 42
mo, vult genꝰ non poſſe p̃dicari,
niſi ipſam arctemꝰ per aliquam
notã, ſiue particulã habẽtẽ vim
limitandi. ver. gra. animal non
poteſt prędicari primo, & qua-
tenus ipſum de homine, quoniã

G plutibus alĳs cõpetit ſpẽb⁹, qđ aũt primo prædicatur, reciprocũ, & conuertibile eſſe tenet, vt dicit Ariſt. in tex. 14. & cõm. 42 & 43. ſi vero dixerimus hominẽ eẽ quoddã animal, inquit Auer. prædicatio eſt prima, quod non de ligno particulari ĩtelligit Hebræus interpres, ſed de aliqua limitatione contrahente, vt re vera intelligere debem⁹: verbi cauſa, dum dico, homo eſt animal cogitatiuum, vel aliud ſimile: ſic enim genus efficitur conuertibi
H le cum ſpecie, & prædicationẽ primam conſtituit: oppoſitum autem videtur voluiſſe Auer. in quęſito tertio, vbi genus videt cõcedere, poſſe, ſimpliciter prolatum, prædicari primo de ſpẽ.

SOLVTIO.

PRIMVM, apud Auer. latius interdum, interdum preſſius accipitur, latus eſt id quod de oĩ, & per ſe dicitur, vt hæc ꝓpõ, hõ eſt aĩal, hõ eſt corpus, hõ eſt ſubſtantia, & ſic de cæteris, in qua ſi
I gnificatione vult genus abſolute prolatum, de ſpecie prędicari poſſe. At primũ ꝓprie acceptũ eſt de omni, per ſe, & quatenus ipſum, & hoc neceſſario vult cõuertibilem prædicationẽ, vt colligitur ex Ariſto. 1. poſte. tex. 14. & in præſenti commen. intelligit Auer. & hoc pacto genus abſolute non dicitur de ſpecie vna primo. Qua diſtinctione etiã defendere poſſum⁹ Themiſt. 1. poſte. cap. 12. qui genus de dr̃ĳs, & ſpẽbus vult vl'r prædicari, nam vel genus ipm limitatũ accipit, K
vt iã dictũ ẽ, vel ſi abſolute intelligit, cõem accipit ſignificationẽ primi ſiue vl'is prædicati, nõ ꝓpriã. licet ſint, qui dicãt genus accipi à Themiſt. non reſpectu vnius dr̃ię, vel ſpẽi, ſed oĩum, et ſic cõuerſim p̃dicari, đ q̃ re vide tu exẽpla apud authorem ipm.

CONT. LIII.

HOC commẽtum vr̃ ſcatere Cõ. 44.
quàmplurimis cõtradictiõib⁹. prima ẽ, qm̃ exponẽdo textũ, vult ꝙ oẽ neceſſariũ ſit eẽntiale: id. n. vr̃ Auerr. negauiſſe cõ. 28. L
& 29. vbi vult de omni, per ſe, & quatenus ipm, eẽ ſpeciales cõditiones neceſſarĳ, quare cum a ſpecie ad genus teneat illatio, & nõ ex oppoſito, dicim⁹. n. eſt hõ ergo aĩal, nõ aũt ẽ aĩal, ergo hõ, pariter valebit ſi dixero, eſt eẽntiale (ẽ aũt eẽntiale idem, ꝙ p ſe apud Auer.) igit ẽ neceſſariũ, nõ aũt neceſſariũ ẽ igit eẽntiale. Nã hæc ꝓpõ, coru⁹ ẽ niger, nix ẽ alba, riſus, hoc eſt cõſenſus emẽtis & vendentis, (vt vtar exẽplis ipſius Auer.) ſunt ꝓpõnes neceſſa M
rię, non tñ eſſentiales. Alia eſt cõtradictio, dũ inquit, mutuam p̃dicationẽ ꝓprietatũ eẽ neceſſariã, v. g. ſi dixero, riſibile eſt diſciplinabile: & tñ vult eam paulo poſt eẽ accñtalẽ, vt hr̃ ẽt 2. poſt. cõm. 38. Tertia eſt, ꝙ in fine cõmenti dicit, p̃dicationẽ gñis de ſpẽ nõ eẽ neceſſariam ſimplr̃, & tñ voluit p̃dicationẽ gñis de ſpẽ eſſe in primo mõ p ſe, vt licet p ſpicere in 1. poſter. commen. 30.

SO-

A SOLVTIO.

AD priorem contradictionẽ puto me ſatisfeciſſe in præcedẽtibus ſup.c.35. vbi diximus neceſſariũ accipi bifariã, communi & propria ſignificatione. Cõmuni eſt id quod ſemper eſt, & eſt ipſum dici de omni & illud qđ habet admixtum id, qđ eſt per accidens, quo mõ voluit neceſſarium in plus ſe habere quã eſſentiale, ac ſignificatione pro-
B priè dicta, neceſſariũ eſt, quod nullo pacto habet permixtum id qđ eſt per accidens & contingens, & hoc appellat neceſſarium eſſentiale et ſimpliciter, tale vero eſt, de quo loquit in hoc cõ. & ſuperius etiã in cõ.35. aduerſus Alpharabium. Exemplũ eſt autem ſi dicas homo eſt animal rationale mortale. Ex quo patet ꝙ neceſſarium hoc ſimpliciter non poteſt eſſe niſi qñ prędicatur tota definitio de definito, vel differentię conuertibiles, vel accidẽtia propria, in his.n.
C nihil eſt qđ ſit per accidens. qm̃ ſunt prędicationes de omni, per ſe, & primæ. Vnde veritas colligitur illi⁹ regulę, quæ dicit, Ens neceſſarium nullã habere poſſibilitatem, 2.cœ.c.33.&.34. item 12.Met.c.39.&.9. Met. com.37. quicqd voluerit Auicenna, qui neceſſarium poſuit vel ex ſe, vel ex alio.3.cap.de ſubſtantia orb. Nõ eſt aũt ſic dum p̃dicatur Genus de ſpecie, quoniã licet animal ſit res neceſſaria homini, hõ tñ eſt res contingens animali, et iccirco dũ dico, homo eſt aĩal, D hæc propoſitio non eſt ſimpliciter neceſſaria, qm̃ ſpecies cõtingit generi, & ideo eſt neceſſaria ſm vnam partem, ſm aliam eſt per accidens. Quibus, conſtitutis patet ſolutio primę & tertiæ cõtradictionis, nam cum dicit, omne neceſſarium eſſe eſſentiale, hoc accipit in ſignificatione propria, cuḿq; dicit genus non prædicari neceſſario de ſpecie, intellige ſm vtraḿq; partem & ſimpl̃r, & cum dicitur genus p- E ſe dicide ſpecie in primo mõ, cõcedas, ſed addas, ꝙ non oĩs prędicatio primi modi eſt neceſſaria ſimpl̃r, ſed illa ĩ qua tota definitio prędicatur, vel differẽtiæ conuertibiles. Genus aũt cũ nõ conuertatur cum ſpecie, non facit prędicationẽ ſimpliciter neceſſariam, neq; primã, qm̃ ſpecies accidunt generi. Ad ſcđam vero cõtradictionẽ, reſpõdet ip ſe idem Auer. in hoc loco, dicẽs, quod mutua prędicatio ꝓprietatum eſt neceſſaria, non quidẽ F ſimpliciter, ſed ꝑ accidens, quocirca nota, ꝙ hæc prędicatio eſt neceſſaria, cũ dico, Riſibile ẽ diſciplinabile, qm̃ termini hęrent inuicem de omni, et ob id eſt neceſſaria, verum eſt per accidẽs, qm̃ nõ eſt naturalis prędicatio, vt habetur.1. Poſt.tex.35. vbi dicitur, accidens de accidente prędicari pręter naturam, & per accidẽs, nam iccirco hæc eſt vera, Riſibile ẽ diſciplinabile, quoniã vtrũq; per ſe inhæret tertio cuidam

A dam, hoc eſt ſubiecto, non autem ex ſe. nec tamen ſequitur hac ſtãte ſolutiõe, vt vera ſit opinio Auicennę, quę à nõnullis falſo adſcribitur ẽt Alexandro, ꝙ neceſſarium aliud ſit ex ſe, aliud ex alio. quę diſtinctio quo modo falſa ſit dicẽda, vide in lib. de ſubſtantia orb. cap. 1. &. 3. itẽ. 8. Phy. c. 79. 12. Me. c. 41. 5. Me. c. 6.

CONT. LIIII.

Cõ. 46. DICIT Auer. vnius rei non poſſe eẽ niſi vnam demõnem,
B reddit q; cãm duplicem, prima eſt, ꝙ demõ conuenit operi naturæ, cum autem natura rei ſit vna in ſingulis, videtur & vnã eẽ demõnẽ, ſecũda rõ eſt, vni rei vna ẽ definitio. itaq; vna erit & demõ. Sed oppoſitũ habes ex Ariſt. & Auerr. multis in locis, 1. Poſt. tex. 43. &. c. 179. 2. Poſter. tex. 25. quibus in locis colligitur vnius rei plures eſſe demõſtrationes & cauſas, immo prio Poſt. 43. dicit eiuſdẽ rei poſſe fieri demonſtrationes duas p medios oppoſitos. Amplius. 2. Ph.
C 27. infra, et. 2. Poſte. 11. quatuor ſunt genera cauſarũ, p quas demonſtramus, igitur ſi quid erit conſtãs pluribus cauſis, vt ſunt maxime res naturales, q̃ à quatuor cauſis fiunt, eiuſdẽ rei plures erũt demõnes, & hæc videt fuiſſe multorũ latinorũ opinio, Apollinaris præſertim et aliorũ.

SOLVTIO.

HOC in loco Auer. intelligit demõnem ſimpliciter, quę metrum & menſura eſt aliarũ omnium, & hæc nõ niſi vna in vno
D genere concedi debet. nam hęc conſtat ex primis, veris, etc. hęc autem in eadẽ re nõ ſunt plura, amplius cum medius terminus ſit vera cauſa eſſendi & cognoſcendi, dans quid & ꝓp quid, talis nõ põt eſſe niſi vnus, hoc eſt, forma rei, quæ vnius vnica eſt, & ob id recte dixit, vnã eſſe demõnem, ex vnitate operis naturæ, & ex vnitate definitionis nam opus naturę eſt, vt vna res non habeat niſi actum vnũ &
E vnam formã, & cum potiſſima demõ ſit definitio in potentia, ĩde patet ꝙ ſi perfecta definitio eſt vna vnius rei, ꝙ vna itidem erit demõ. Sed cum dicitur alibi voluiſſe plures demonſtrationes, eo in loco accipit demõnẽ pro quolibet neceſſario ſyllo, et ſic ad rationem dicas, poſſe aliquẽ demonſtrare per quatuor cauſas, ſed vna erit ſimpliciter tãtum, reliquę ꝓp quid, vel q̃d, vel ẽt demõnes logicę. quę autem dicantur logicę demonſtra
F tiones, vide. 8. Phyſi. cõ. 70. & 1. cœ. 70. 4. Phy. 87. 2. de Generatione animalium cap. 6.

CONT. LV.

OSTENDENS Ariſto. demonſtrationẽ cõſtare ex neceſſarijs, in quodam rõnis propoſito, ſupponit mediũ in ſyllo poſſe corrumpi, & integer ſeruari ſyllus. Sed oppoſitum videtur voluiſſe. 1. Priorum cap. 29. vbi agens de abundantia medij, ſignificat medium eſſe præcipuã Tex. 17

partẽ

A partē totius ſyllſi, quamobrem medio corrupto, non vī conſeruari ſyllſus, immo corrumpi & & labefactari penitus: & idem vī voluiſſe. 1. Poſte. tex. vltimo, vbi ſolertiā ait conſiſtere in me dij inuentione. Nam recte dicūt noſtrę, in medio vim totam rō-nis conſiſtere.

SOLVTIO.

INTELLIGE medio corrupto ſeruari ſyllſm, non quidē vt corrumpatur ſyllſo, quoniā dempto medio, abſq; dubio to-
B ta ratio perit, & corrūpitur, ſed vult vt pereat medius in re, v.g. dicas ſyllogizando, omne currens eſt animal, homo currit, ergo hō eſt animal, iam poteſt corrumpi medius in eſſe, hoc eſt q; nullus hō currat, quieſcēte quolibet homine & animali, & tamen conſeruabitur ille idem ſyllogiſm⁹, ꝓxime factus à nobis.

CONT. LVI.

Tex. 17 VVLT ex ambabus propoſitionibus, contingentibus poſ-
C ſe ſequi neceſſariam concl'onē, qūo ad modum ex vtraq; falſa propōne, poteſt vera ſequi concluſio, exemplū ex contingentibus, Album eſt animal, homo eſt albus, hō eſt animal. Exemplū ex falſis, lapis eſt animal, hō eſt lapis, hō eſt animal. Oppoſitum vī voluiſſe. 1. Priorū cap. 13. vbi neceſſariam concluſionē noluit ſequi & vtraq; cōtingēti.

SOLVTIO.

SOLVIT hanc cōtradictionem Auer. in cō. 49. vbi inquit, Ariſt. ītellexiſſe hoc ī loco mix- D tionem & illationē per accidēs, qm̄ ſi ex ambabus contingentibus, ſequatur concluſio neceſſaria, vt ēt ex falſis vera, id eſt ex accidenti & non per ſe, qđ dicit ad hominem, oſtendens demonſtrationē cōſtare ex neceſſarijs. At. 1. Priorū Ariſt. dans regulas per ſe, & quæ tenere debeant in omni ꝓpoſita materia, iure repellit hanc accidentalē mixtionem ab eo libro, nā ſcīa non eſt, de his, quæ ſunt per accidens. 1. Poſte. tex. 18. 19. & 7. Met. c. 53. E

CONT. LVII.

CONCLVDENS Ariſt. & Tex. 19 et Cō. 50 Auer. ſimul veram demōnem conſtare ex neceſſarijs eſſentialibus, hoc eſt per ſe, concedūt demōnem quia, poſſe fieri ex neceſſarijs nō per ſe, verum nominans Ariſt. ipſam demōnē qa eam vocat ſyllm ſigni quaſi q; nolit eam poſſe dici demōnē, cui etiā interpretationi adſtipulatur Auer. in com. 55. dicens, demōnem ſigni nō eſſe veras aut ſummas demōnes. in quā ſentētiam vī acceſſiſſe Themiſt. 2. Poſte. cap. 30. vbi ille ait, dum à cauſa ad euentū rōcinando procedimus demō eſt, dū vero ab effectu progredimur ad cauſam ſyllus eſt. Sed oppoſitū voluit Ariſt. te. 30. vbi ſcīam & demōſtrationē diuidit in ꝓp quid & quia, & Auer. aduerſatur Auic. in cō. 55. & in. 6. q̄lito. qm̄ Auicennas exiſtimabat demonſtrationem, quia non eſſe demonſtra-

G ſtrationem, quod Auer. non patitur eſſe dicendum.

SOLVTIO.

ET SI in. 6. quæſito plura dicta ſint, & ī. c. 95. primi Poſt. de hac Auer. et Auic. controuerſia, quantū tñ pertinet ad contradictionis formā, dicerem, Ariſto. Appellaſſe demonſtrationē qa, ſyll'm ſigni ex ſuo conſueto artificio. Cum. n. hic demr̄onem velit conſtare ex neceſſariis & per ſe, patet ipſum animo continere perfectam ideam demonſtran-
H di, qm̄ eius ſcopus ē demr̄o ſimpliciter, à tex. 1. vſq; ad 30. primi huius libri. Itaq; cum demōſtratio quia, non habeat conſtare ex his eſſentialibus, ꝓpōnibus neceſſario, ob id eā appellauit ſyllogiſmū, quod per cōparationē tm̄ eſt audiēdum, nempe illius quæ perfectiſſima eſt, & idem voluit Themiſt. Cum vero demonſtratio quia & ipſa ex neceſſariis cōſtet propōnibus, nō autem ex Sophiſticis vel probabilibus, iccirco voluit Ariſto. &
I Auerr. eā ēt poſſe dici demōſtrationem, quo modo eā in genere cōi accipit in tex. 30 & ob id dicit Auerr. in com. 95. q licet demr̄o quia, ſit imperfecta, nō tñ excluditur à genere demr̄ones: & ratio eſt, qm̄ perfectū & imperfectū poſſunt cadere ſub eodem genere & maxime ſub genere analogo: qđ non vidit Auicennas, volens demr̄onem quia nullo pacto demonſtrationem eſſe dicendam. Et ſi dicas, quo modo etiā analogice poteſt demr̄o quia dici demr̄o, ſi non accipit definitionem demr̄onis? Etenim. 1. Poſter. tex. 5. definita eſt demr̄o ſic, q eſt ſyll's faciēs ſcire per cauſam, at demr̄o quia non fit à cauſa, igitur non habebit nomen demr̄onis: nam cui nō competit definitio. eidem ēt non conuenit definiti nomē. Dicas illam definitionem citatam in te. 5. eſſe demr̄onis potiſſimæ primū, deīde & ipſius propter quid, nō āt quia, qm̄ ibi definit nomen demr̄ationis pro primo analogato vt colligit ex Auerr. in. c. 7. & ſic demr̄o quia, nō eſt demr̄o, qm̄ non ea eſt, quæ ibi ſpeciatim definitur, cum aūt eā vocamus demonſtrationem, q demr̄onē intelligimus ſyll'm facientem ſcire in communi ſignificatione, quęcūq; ea fuerit ſcīa, dummō ex neceſſariis conſtet propōnibus. Nam oīs ſyll'us cō ſtās ex neceſſariis eſt demōſtratiuꝰ, vt patet etiā his, qui modi cū in dialecticis exercitati ſunt, quo modo Auer. ēt logicam appellat demr̄onem ſyll'm neceſſarium qui ex cōibus procedit, vt fuit ratio Briſonis, quod habetur, 2. de Gene. Anim. cap. 6. 1. cœli cō. 70. & alibi. Quod vero attinet ad argumēta Auicen. quibus ille demolitur demr̄onē quia, id poſtea veniet dilucidādum ſuper tex. 30. & com. 59.

K

L

M

CONT. LVIII.

IN vniuerſo hoc cōtextu ꝓponit ſibi Ariſt. hanc intentionē Tex. 20

q

A ꝙ ſcíæ demonſtratiuæ & ipſa quoꝙ demõ nõ tranſcendant de vno genere in aliud: & tamẽ huic oppoſitũ dicit & obſeruat in pluribus locis. Primũ in hoc eodem tex. concedit eadem eſſe principia diuerſarũ ſcientiarũ, ex quibus demonſtramus in illis. Amplius in te. 23. dicit principia propria ſcíarũ hr̃e cõia in quibus cõueniant. Item in tex. 24. concedit vſum eorũ principiorũ, quę pluribus competunt ſcientñs diſparatis, vt illud, ſi ab
B æqualibus, æqualia demas, remanentia ſunt ęqualia. cum aũt hoc prĩcipium ſit cõe tã Arith. quam Geometrę, videtur ex eo fieri poſſe tranſitum ex vno genere in aliud. & iſtud ipſum qđ dicit de cõibus principñs hic, ẽt reppetit in te. 27. Præterea in te. 30. circa finem, admittit naturalẽ agentem de Iride, tranſcendere ad perſpectiuam, et chirurgũ aſcendere ad Geometriã, in cognitione vulneris circularis. Ac
C cedit ꝙ Ariſt. videtur concedere trãſitũ à Philoſophia naturali ad Geometriã & Aſtrologiã in materia de corpore celeſti, & aſtris & eorum accidẽtibus. 2. Phy. tex. 16. & 17. item cõcedit Ariſt. ĩ. 1. Poſt. tex. 27. Metaphyſicũ & Dialecticũ poſſe de oĩb9 diſſerere. immo officiũ eorũ eſt probare principia ſcientiarum vt ſcribit Auerr. in Paraphraſi Met. tract. 1. cap. 1. at hoc nõ põt fieri ſine tranſitu, qm̃ &. 1. Phy. agẽs philoſophus de principñs naturalibus, poſtponit naturalẽ D habitũ, & ad diuinũ aſcendit, vt confutet negantes motum et plura entia. Hæc autem oĩa videntur fieri trãſitu, & inordinato quodam motu rationis, & tñ hic, pręceptũ proponit non eſſe de vno genere ĩ aliud migrãdũ.

SOLVTIO.

OMMITTO in pręſentia q̃ ſtionem de trãſitu ſcientiarum qm̃ hoc in loco ſolutiones tantũ contradictionum mihi propoſui. vbi animaduertendũ eſt, ꝙ principia cõia potentia nõ actu E ingrediuntur demr̃onẽ, ex quo habes ꝙ principia cõia nõ ſunt ea quę tranſitum ſcientiarũ prohibeãt, id. n. munus eſt propriorum prĩcipiorũ. Quare ſi dicat Ariſ. in hoc eodẽ te. poſſe principia eẽ eadẽ plurib9 facultatibus, illud veritatẽ habet de prĩcipñs communibus non proprñs: nã quæ prohibent trangreſſum ea ſunt, ſubiecta, q̃ſita, & propria principia. Quod aũt principia communia actu non ingrediantur demr̃onem eſt Ariſt. in tex. F 24. vbi dicit, hęc ſm proportionem venire in vſum ſcientiarũ. item tex. 26. idem ferè habet de principñs cõtradictionis, q̃ contracta & non cõia vtilitatem p̃bent demonſtrantibus. Ex quo habes concilium cum prima, ſecunda, tertia, et quarta authoritate in contrariũ adductis. Qđ ſi velis cognoſcere, quo modo illud principiũ, ſi ab ęqualibus, æqualia demas &c. licet ſit cõe

Arith.

G Arith.& Geometræ, non tñ ſit cauſa traſcendendi de genere in genꝰ legas oīno ea, quę copioſe in hoc propoſito colligit Auerr. in quęſito.5.vbi ait, tales propõnes nõ eſſe vniuocas q̃ cõtinuo & diſcreto cõueniunt, licet poſtea analogice contrahantur, vt cũ dicimus, ſi ab ęqualibus, numeris vel lineis, ęqualia demas, quæ remanent ſunt ęqualia. Ad hęc ẽt pertinet id qđ dicit.1. Poſte.c.74. ſed redeamus vnde digreſſi ſumus. ad quintam cõfir-

H mationẽ dicẽtem ꝙ naturalis ſi tranſcendit ad perſpectiuum in quęſito de Iride, hoc cõtingit, in eo caſu, cum differẽtia modi cõſiderandi, nã de Iride, naturalis cognoſcit quod eſt, perſpectiuꝰ vero dat propter quid, ita nõ eſt idẽ modus & ratio, pariter chirurgus nõ facit tranſitũ ad Geometriam in vulneribus circularibus qm̃ chirurgꝰ cognoſcit de illis vulneribus ꝙ tarde ſananť, ſed Geometra ex ſuis principijs dat huius quæſiti cauſam & ꝓp-

I quid, id aũt non eſt tranſcẽdere, ſed ſubalternari, non ꝙ chirurgia ſit ſimplr ſubalternata Geometriæ, neꝙ naturalis ſcia perſpectiuę, ſed habent particularẽ ſubalternationẽ ſiue ordinẽ, quo ad ea q̃ſita, q̃ ſunt illis cõia. Cũ vero in ſexta rõne dr̃, ꝙ idẽ q̃ſitũ vr̃ cõe Naturali & Math. qm̃ vterꝙ dignoſcit accidẽtia Solis & Lunæ, ibi ſolõ hr̃ manifeſta, ꝙ hęc nõ eadẽ rõne conſiderantur, nã naturalis huius cõſiderat cũ tranſmutatiõne, & materia, K Mathematicꝰ vero vt ab illis abſtrahunť. Vnde Auer. 1. Poſte. c. 59. inquit Phyſicus conſiderat cœli figurã et ẽt Aſtrologus: ſed Phyſicus eã noſcit vti cœlũ eſt finis naturę: Aſtrologus vero vt eſt à materia immunis. poſtremo ad vltimam rõnẽ dicas, licet Logicus & Meth. probent principia oīum ſcīarũ, non ex hoc tñ fieri trãſitũ. Nã tranſitus eſt inordinatus motus rõnis ab vno genere diſparato ad aliud, in q-

L bus, nõ eſt ordo, vt.v.g. ſi proceDas à numero ad lineas, cũ inter hæc non ſit ordo neceſſarius, ob id dr̃ tranſgreſſus: nõ aũt ſic reſe habet in ſciẽtijs proprijs aſcẽdẽtibus, ad cões, qm̃ à proprio ad cõe eſt ordo neceſſarius, aut ad minus vtilis, itẽ non eſt trãſitus dum particularis ars dat prĩcipia artis cõis ſub qua cõtinetur, vt facit Phyſica & Mathematica q̃ dant principia Metaphyſico: nã Phyſicus dat illi ſubſtãtias abſtractas, & Mathema-

M ticus earũ numerũ colligit, hoc eſt Aſtrologus: qm̃ vt doctiſſime Auerr. hẽt. 1. Poſte. c. 60. Ars propria dat cõi principiũ eſſendi hoc ẽ à poſteriori, & cõis dat proprię principiũ cãæ & à priori quę drię ratio trãſitus nõ eſt, ſed quomodo id fiat, vide latius in cõ. nuperrime citato. Artes vero communes duæ ſunt, Metaph. & Dialectica: vt colligitur 1. Poſte. 27. & com. 60. & 70. & ratio eſt, qm̃ Metaph. cõſiderat

Ens

A Ens vt Ens, & ita rõne obiecti dicitur ſcĩa communis. Dialecti ca vero & ipſa cõſiderat vniuerſum Ens, quatenus ſub diſputatione cadit, (non.n. hic per dialecticam Logicam ĩtelligas, ſed eam Logicæ partem, quæ diſputat & diſputãdo ſolam victoriã ſibi pro fine ꝓponit, vt dicitur 1. Poſte. cõ. 84.) & iccirco ambę ſunt ſcĩę cõmunes, applicabiles ſingulis alĩs, ordine exiſtente inter illas, & ob id non efficit trãſitus, quem Ariſt. demolit. Dif-
B ferunt vero illæ facultates inter ſe tribus differẽtĩs, vt docte colligit Them. 1. Poſt. cap. 24. prima eſt, ꝙ Dialectica interrogat, Meta. vero non. Secunda eſt, ꝙ Dialectica nõ habet genus, ſubiectum ſibi determinatũ, id autem habet Metap. Tertia eſt, ꝙ Dialectica dum ratiocinat, vtitur ꝓpõnibus probabilib⁹, Metaphy. vtitur neceſſarĩs. Et hoc ẽt vidit Auer. 40. Phy. c. 87. vbi ait rõnes logicas, hoc ẽ dialecticas extraneas eſſe, hoc ẽ à rebus
C externis & per accidens colligi. Addit et Ariſt. fieri poſſe tranſitum in ſcientĩs proprĩs ac ſpecialibus, vbi vna ſubalternetur alĩ. quo modo Arith. Muſicę & Geometrię, viſualis ſubalternata dicitur. In quo caſu ſuperior prẽſtat principia & cauſas inferiori, cum principia ſubalternatæ ſint problemata et concluſiones ſubalternantis. Nam id conſtabit poſtea ſuo loco. Ex qbus cõcludas, dari tranſitum de ſcĩa propria in communẽ. Item ex D
vna ſpeciali & propria ſcĩa ad aliã ferimus ſi ſubalternę fuerĩt, vel ſi duæ ſcĩæ fuerint ꝓtes eiuſdem facultatis cõmunis, vt Medicinæ pars quæ docet purgare & illa quę docet alere ægrotantes. Adde etiam interdũ tranſcẽdere diſparatas artes in aliquo ſpeciali theoremate, ſed cũ differentia modi conſiderandi, vt in caſu de Iride, & de vulneribus circularibus dictum fuit, vbi in vno concurrit Phyſicus & Per-
ſpectiuus: in alio chirurgus & E
Geometra: cæterum in alĩs caſibus, vitioſum reputat Ariſt. trãſitũ, qm̃ procedit ex his quæ ꝙ accidẽs ſunt, & demõnes cõſtarẽt, ſi fieret tranſgreſſus, ex probabilibus, & accidentalibus rebus: qđ Philoſophus pro falſo aſſumit, cum toties dictũ fuerit demõnem conſtare ex his quæ per ſe ſunt & eſſentialia.

CONT. LIX.

HABET Auer. in expoſitio- Cõ. 58.
ne tex. 20. in quoddam ſuo pro-
poſito ꝙ maior pars demõſtra- F
tionum ſimpliciter fit de accidẽtibus eſſentialibus, quam ſentẽtiam obiter dixit. 2. Poſte. c. 41. 47. 94. & in quæſito. 3. ſed contrarium videtur voluiſſe. 2. Poſter. com. 12. vbi ait, demonſtrationes ſimpliciter fieri pro maiori parte de accidentibus, proprĩs & ſemper, & aliqñ addit, immo ſemper. Hæc.n. verba videntur pugnare inuicẽ. ꝑter id qđ incõſtãs & dubia eſt regula.

nam

G nam ſi dicit demr̃onem pro maiori parte fieri de accidentibus & ſemper, aut falſa erit prima pars vel ſecunda huius ꝓpõnis.

SOLVTIO.

SI concluſiones demõſtratiuæ ſunt quæſita ſcíarum ſpeculatiuarũ quod oẽs concedũt, & expreſſe colligitur ex. cõ. 1. 2. Poſte. proculdubio vidẽdum eſt, qũo hæc quęſita ſe habeant, vt inde habeamus & nos, quo pacto demr̃onis concluſio fieri põt. in ſcientĩs maiori ex parte
H concludunt accidentia de ſubiectis, qm̃ inter ſubiectũ & accñs proprium, ĩterponitur qd̃ quid eſt ſubiecti, qd̃ eſt cã dans propter quid de illa accidẽtium inherentia (vt aiunt) in eorũ ſubiectis. Nam Ariſt. primo de Anima tex. 11, expreſſe voluit quod quid eſt ſubiecti eſſe principiũ quo ſcimus illius accidentia. Et 4. Phy. tex. 31. laudat eam definitionẽ, quę dat quid de ſubiecto definibili, & ꝓpter quid de eius accidentibus. Item. 2. Poſt. tex.
I 8. vult Ariſt. verã definitionem dantem quid rei ex ſubſtantialibus, ẽt largiri ꝓp quid, nam inquit, ſi definiamus tonitruũ ꝙ ſit ſonus nubium, hæc definitio cum procedat ex accidentibus rei, dat ſolum quid nominis: ſed ſi dixeris, tonitruum eſſe extinctionẽ ignis in nube, hęc definitio dat quid et propter qd, nam quid eſt tonitrus? eſt extinctio ignis. ꝓpter quid nubes tonat? ob ignis extinctionẽ. Ex his itaque concludo, ꝙ formale princi K
pium & definitio ſubiecti, eſt ẽt cauſalis ratio paſſionis, dans illius propter quid & quid ſimul & hæc eſt cauſa, ꝙ maior pars demr̃onum dat nobis inhærentiam accidentium propriorum de eorũ ſubiectis, & iccirco ſi talia accidentia ſint nota quo ad eſſe & non propter quid, notificãtur per demr̃onem cauſæ tm̃. Si vero fuerĩt ignota quo ad eẽ & propter quid, notificant̃ per demr̃onẽ ſimpl̃r. Et tales demõ
L ſtrationes à noſtris vocãtur demr̃ones afferentes quęſitum cõpoſitũ, qm̃ prædicatio accidentis de ſubiecto eſt quęſito cõpoſita, quę dicitur, quod, ab Ariſt. 2. Poſt. tex. 1. Tales aũt in ſcientĩs ſunt frequentiſſimę vt dr̃. 1. Poſte. c. 57. & ob id Auer. dixit, pro maiori parte demr̃ones eẽ de accidentibus. Interdum aũt contingit, ſed lõge rarius, vt nõ paſſio de ſubiecto concludatur, ſed paſſionis definitio nominis, per cãm mediam, quam Auer.
M in. 8. q̃ſito cãm vocat extra qd-ditatẽ, ſed loco formalis aſſumptam, vt idem aſſerit, 1. Poſte. c. 35. Huius ſecundi generis demõſtrationis exemplum dat. Ariſt. in. 2. Poſt. te. 8. dicẽs, ponamus, ꝙ Tonitrus vel ẽt Eclypſis habeat duas definitiones, vt re vera habent: quarũ vna ſit nominis. v.g. tonitrus eſt ſonꝰ nubis, alia vero ſit, rei & eſſentialis, Tonitrus eſt ignis extictio, tũc ait, primã eſſe demr̃onis cõcluſionem,

A nem, ſecundam vero eſſe princi
piũ, qm̃ hæc in demonſtrabilis
eſt, & immediata, illa vero me-
diata, ĩde ãt fit demr̃o hoc mõ,
ob extinctionẽ ignis fit ſonꝰ nu-
bis, Tonitrus eſt ignis extinctio,
igitur Tonitrus eſt ſonus nubis.
Item ſi dixero Eclypſis eſt pri-
uatio luminis Solis in Luna, hęc
eſt definitio nominis dans ſolũ
quid eſt: ſi vero dicas, Eclypſis
ẽ terrę obſtructio, hęc definitio
dat quid & ꝓp quid, et inde fiet
demr̃o ſic, ob terrę interuẽtum
B fit priuatio luminis Solis in Lu-
na, Eclypſis ẽ terrę interuentus,
igit̃ Eclypſis eſt priuatio lumi-
nis Solis in Luna. Patet ex his
duobus exemplis, ꝙ demr̃o ali-
qñ concludit definitionẽ de de-
finito, dũ definitio eſt quid no-
minis tm̃, qd̃ fuit in cauſa vt di-
ceret Auer. demr̃onem pro ma-
iori parte eſſe de accidentibus,
ad dr̃iam eius quę dat definitio
nẽ nominis: & ꝙ hęc ſit demr̃o
potiſſima, nõ eſt dubitãdũ qm̃
Ariſt. 1. Poſter. tex. 22. dicit, eſſe
C vnã definitionẽ quę eſt cõcluſio
demr̃onis. &. 2. Poſt. 10. idẽ ha-
bet latius. item Auer. in. 8. q̃ſito
vult demr̃onẽ concludentẽ defi
nitionẽ per cãm extrinſecam, eẽ
in primo ordine demr̃onẽ ſim-
plr̃. Sed talis demr̃o non eſt ad-
modũ frequens & à noſtris dici
tur demr̃o dans quæſitum ſim-
plex, qm̃ in concluſione dat qd
nominis, etenim quęſtio quid,
eſt ſimplex quæſtio ex Ariſt. 2.
Poſt. tex. 1. ſed redeundo ad con
tradictionẽ dico, ꝙ dum Auerr. D
inquit ꝙ immo ſemper demr̃o
eſt de accidentibus, illud venit
intelligendum, qm̃ ẽt dum con-
cluditur definitio per demõſtra
tionẽ, talis definitio eſt ipſius ac
cidentis non ſubſtantię, tũ quia
ſubſtãtia nõ põt demõſtrari. 6.
Met. tex. c. primi, quare nec eius
vlla definitio: tum ẽt qm̃ ex exẽ
plis dictis de Tonitruo & Ecly-
pſi, patet ꝙ ibi concludit̃ defini
tio, paſſiõis, dãs purũ quid, per
eam quæ dat propter quid. Ex
quo poſſumus ẽt aſſerere demõ E
ſtrationẽ non tm̃ eſſe de accidẽ-
tibus pro maiori parte, ſed etiã
ſemper: Qm̃ ſiue paſſio de ſub-
iecto demonſtret̃, ſiue definitio
paſſionis, ſemper concluſio de-
mr̃onis põt dici eſſe de acciden-
tibus. Sic. n. mihi liceat Auerr.
per ipſum met ĩterpretari. Quæ
expõ & cõcordia, ſi placet gra-
tias agam & quidem immorta
les Deo opt. Max. ingeniũ meũ
qualecunꝙ illuſtrãti: ſin minus,
excogitãda erit ſolutio ab alĩs, F
quæ neꝙ Ariſtot. peruertat, ne-
que incõſtãtẽ reddat Auerr. aut
ẽt ineptũ: quemadmodũ inep-
tiſſimũ reddidit, ea explicatio,
q̃ voluit iuxta nonnullos, ea ver
ba, {pro maiori parte & ſem-
per} audiẽda eſſe de accidẽtibꝰ
q̃ per demr̃onẽ aſſerunt̃, vt ſen-
ſus ſit, demr̃onẽ eſſe de accidẽti
bus, q̃ ſunt pro maiori parte, vt
Lunę Eclypſis, & de his q̃ ſem-
per ſunt, vt riſibile in hoſe, & ſic
de cæteris. Nam ſi id acciperet

G Auer.nõ exprimeret,niſi demõ ſtrationem dantem accidens de ſubiecto, non aũt dãtẽ definitio nẽ accidentis, quã tñ prẽcipuã, immo p̃ſtantisſimã aliarũ voluit eſſe in.8. q̃ſito, & ĩ vniuerſo commẽtario ſecũdi libri, quod latius videbimus ĩ contradictione tex.22.huius primi libri.

CONT. LX.

Tex.21. & 22. Hoc in loco Philoſophus ꝓbat ſcĩam non eſſe de rebus corruptibilibus,qm̃ vult ſcĩam eſſe de his quę ſunt eterna, non autẽ H corruptioni obnoxia, vt patet cuilibet textum conſiderãti. At ea citari ſolet trita et communis contradictio, ſcĩa naturalis eſt vna ex ſcientijs ſpeculatiuis & vtentibus demr̃one, & tñ hæc dicitur eſſe de rebus generabilibus, & corruptibilibus.

SOLVTIO.

Si liceret à logicis ad naturales, q̃ſtiones aſcẽdere, hoc in loco,pfectò plurima eẽnt à me diſquirenda in hoc negocio. Verũ cũ hic arctisſimã examinationẽ I contradictionũ huius lib. Poſt. mihi ꝓpoſuerim, ſeruabo illud Ariſt.p̃ceptũ.1.Poſte.te.20.non eſſe trãſcendẽdũ de gñe in generis.Itẽ.1.Ethi.ſcribit, ſermones debere fieri iuxta naturã ſubiectę materiæ. Itaq; ommiſſa illa ad aliũ locũ,perſcrutatiõe,vtrũ ſcĩa naturalis ſit de reb⁹ eternis, quo ad eſſe illarum eſſentię non exiſtentię, itẽ ordine definitiuo ac demonſtratiuo, non aũt per comparationẽ ad indiuidua naturalia, ĩ quo negocio aliq̃ eſt cõ K tradictio,inter Auerr.et Cręcos expoſitores ex vna,et latinos ex alia parte, et p̃ſertim Ioannẽ de Ianduno atq; alios recentiores: ommiſſa ẽt q̃ſtione illa, nunqd actualis exiſtẽtia ſit de rõne demr̃onis et definitiõis,qd voluit Achillinus, an potius hęc ſit referẽda ad condõnẽ indiuiduorũ corruptibiliũ, dixerim, optima rõne voluiſſe Philoſophũ hoc ĩ loco ſcĩam eſſe de rebus perpetuis,qm̃ ſcĩa & demõſtratio,habitus ſunt intellectus,qui parti- L cularia deſpicit,et per cõſequẽs corruptibilia, nã corruptibilia particularia ſunt,etſi nõ oĩa particulꝛia ſint obnoxia corruptioni. Cum vero dicis naturalem ſcĩam eẽ de rebus corruptibilibus,id concedẽdũ eſt, conſideratis illis rebus,quo ad ſimplicẽ earũ exiſtentiã actualẽ,quo mõ de his ſenſus eſt,non aũt intellectus: verũ ſi quo ad eſſentiã earũ accipiant̃, q̃ conſiſtit in conceptu p̃dicatorũ primi modi dicendi per ſe,vel ẽt,quo ad inherentiã ſuarũ paſſionum, q̃ ex ſecundo mõ dicendi per ſe accipitur, ſic ſcibiles ſũt res naturales. nã ex prío mõ dicẽdi per ſe definiunt̃, ex ſecũdo mõ vero demonſtrant̃, & ſm vtramq; rationẽ ab intellectu cognoſcunt̃, qm̃ tã definitio quã demr̃o,ſunt iſtrumẽta intellectus, vt ſcribit Auer.in Epith.logicis,& ẽt colligit̃ ex.1.et.2.Poſt.ſępius.Hinc patet quã ab Ariſto.p̃ceptis deuiarint,

A uiarint, qui volunt definitionē & demr̄onē non abstrahere ab actuali existentia rei, cum actu existere sit p̄dicatū, vel saltē conditio rei per accidens. etenim q̄ actu existat Eclypsis id accidēs est, q̄ aūt sit ex terrę obstructione, qđ quidē eius vr̄is est essentia, id habet necessario & per se, et hoc mō scibilis est, cū eius essentia sit vr̄is & perpetua, quo ad vero existentiā & particularis res est & corruptibilis, et per
B cōsequens non pōt sub intellectu & scīa comprehēdi. Hinc ēt decipiunt̄, qui eandē actualem existētiā faciunt p̄dicatā primi modi per se: nā ille modus est solū ob essentiā rei, q̄ fluit à definitione, vel ab eius partibus, quæ sunt Genus et differentia. Accedit q̄ Arist. in hoc tex. 22. declarans, quo mō scīa sit de his q̄ sępe fiunt, inquit, scīam etiā de lunæ defectu, non quatenus Luna
C deficit heri, hodie, aut nunc, qm̄ vt sic defectus est quoddā particulare, sed cognoscit̄ vt effectus est obstructionis terrę, quo mō res est vr̄is & perpetua. Si itaq̄ actualem negat existentiā Eclypsis esse scibilē, quæ tm̄ sæpenumero fit, quāto magis absolute negaret Arist. exñtiā aliorū indiuiduorū, de qua re si vis vlterio rē resolutionē hr̄e, legas ea q̄ scribit Auer. in Paraph. Me. tract. 3. q̄re experipatheticę doctrinę viscerib⁹ cōcludas, scīa3 eē de his, q̄ eterna sunt, nō āt de corruptibilibus, nec de actu existētibus ordine rerū naturaliū, exceptis D
spēbus physicis, quę licet in suppositis indiuiduis, & actu exñtibus, sint corruptibiles, eternę tm̄ sunt quo ad conceptus primi et secundi modi dicendi p̄ se, & sic ab intellectu cognoscuntur. qm̄ sic sunt intelligibilia.

CONT. LXI.

ADHVC in eodē contex. vr̄ Tex. 22
Arist. sibi contradictorius cū eo qđ voluit. 1. Priorum cap. 6. vbi inquit, syll'm tertiæ figuræ, qui E
dicitur à nostris Darapti, hēre vtranq̄ p̄missam affirmatiuā et vr̄em, ex quibus sequitur conclusio particularis, nunc autem probās conclr̄onē demr̄onis nō posse esse particularē, sic arguit ducēs ad incōmodū, nā inquit, Si conclusio erit particularis, sequet̄ oīno hoc absurdū, vt vna ex p̄misis etiā sit particularis. Hoc aūt absurdum non vr̄, si in tertia figura sequit̄ particularis conclusio ex ambabus vr̄ibus.

SOLVTIO. F

DICENDVM, Arist. rationem hoc in loco tenere, quoniā agens de demonstratione, quæ fit in prima figura, vt dr̄. 1. Post. 31. id veritatem habet, q̄ existēte cōclusione particulari, altera prę missarū necessario esset particularis. Nam in prima figura id verisimū est, & perpetuum. Quod vero dicitur de syll'o Darapti, id non procedit, cum talis sit syll's tertię figuræ, in quo nō potest fieri demonstratio simpliciter, de q̄ agit Arist. hoc in loco.

G CONT. LXII.

Cõ. 63. AVER. hoc ī loco verificãs tex. Arist. qui dicit sciam demõ strationē non esse de rebus particularibus, intelligit regulã nõ solũ de indiuiduis signatis, sed & de his quæ indiuidua vaga à nostris vocãtur, sunt autem indiuidua vaga, Aliquis, Quidã, Quispiam, ac cætera eiusdẽ ordinis. Sed oppositũ vr̃ voluisse. s. Ph. cõ. 33. vbi agens de inductiõe in H materia necessaria concedit indiuidua facere illationẽ necessariam, saltẽ rõne materię, itẽ hæc propõ quæ dicit aliqd animal est rõnale particularis est, & tñ est necessaria, itaq; vr̃ et scibilis.

SOLVTIO.

SOLEBAT, vt Auer. testat, dicere Alph. huic difficultati, q; Arist. dixit demr̃onem non esse de rebus, particularibus, qm̃ pticulare continetur sub vl̃i, nõ q; ipsũ à scia oĩno repellat. Auerr. I iure reprehendit hanc rñsionẽ tanq; ineptam, qm̃ cõfundit regulas topicas cum demonstratiuis. Topicus. n. agens de vniuersali cognoscit pticularia vti sub illis continẽtur: at non sic demõstratiuus facit, qm̃ eius munus ẽ considerare ea quæ simpl̃r sunt æterna & vniuersalia. Respondet itaq; Auer. q; Aristo. prętermittit particularia & singularia qm̃ licet sint in materia necessaria, illa eorum necesitas habet partem accidentis: nam propõ dicens, quoddam animal est rõnale est quidẽ necessaria sed nõ ratiõe sui, nam est necessaria ratiõe hoĩs, quia ob ipsum, hęc est vera, aliqd animal est rõnale. itẽ adde & illud qd̃ dicit Auerr. 12. Meta. c. 28. q; etsi particulare sit solum ens in rei veritate, tamen de eo nõ est demr̃o, & causa est quia ab ĩtellectu simpliciter nõ cognoscitur. Hoc cõstituto cessat & contradictio, nam licet alibi dicat Auer. q; fieri põt inductio demonstratiua in particulari necessario, dicendũ eam inductionẽ esse demonstratiuã p̃ ac- I. cidens, qm̃ eius materia est etiã necessaria per accidens: nũc vero talia necessaria repellit Aristot. & Auerr. à scia demr̃atiua, qm̃ hic de demr̃one simpl̃r agimus, cuius materia est res necessaria simpl̃r, non autem permixta cum accidente.

CONT. LXIII.

AGENS Arist. de definitione, volensq; asserere eam vniam cum demr̃one esse de rebus, vl̃ibus ac perpetuis, vtitur hoc genere argumẽti, si demr̃o est eternorum, & definitio est demr̃onis pars, vel etiam ipsamet demr̃o, igitur & definitio erit de rebus eternis. minorẽ huius rationis sic cõfirmat, nam omnis definitio, vel est principium demonstrãdi, vel concluſio demõstrationis, vel demonstratio solo situ differens. Quæ confirmatio plurimas excitat contradictiones. Prima est, quo modo demr̃o vult, vt sit idẽ re & subiecto cum demr̃one, si hæc duo Tex. 22 M

instru-

A instrumenta re & obiecto separat in. 2. Poster. tex. 2. vbi ait, demōnē eē de accidētibus, definitionem vero de substantijs? Itē quo mō definitio est principiū demōnis, si. 1. Post. tex. 5. agens de prīcipijs, dixit ea esse prima, vera, priora notiora & causas conclusionis, non aūt ea voluit esse definitiones? Præterea, quo modo definitio pōt esse conclusio demōstratiōis, sic probat in 2. Post. à tex. 2. vsq; ad. 8. q̄ definitio non potest demōrari, & si
B id fiat, inquit, q̄ est petitio principij: immo ait si definitio vna p̄ aliā concludat, sylłus est dialecticus non aūt demonstratiuus. & 2. Post. tex. 9. & 10. inquit definitionem non demōstrari sed educi solū. Sed est & ratio difficilis, si definitio concludit, cū definitio sit proprie substantiarū, igitur substantię definitio erit p̄ demōnē scibilis: at defiō substātię est substantia, itaq; substātia cognoscetur per demōnem,
C quod ēt pueruli non cōcederēt.

SOLVTIO.

IN hac nobili difficultate, cū diuersæ tangant contradictiones, distincta ac exquisita ratione procedendū nobis est. Quāobrem prius videamus quo pacto demōratio & definitio idem sint, secūdo loco quo modo differant, tertio nūquid medius terminus sit semper definitio, quarto an definitio possit demonstrari nec ne. Postremo cuius sit definitio illa q̄ demonstrat substātiæ ne, vel accidentis. Quæ omD nia etsi longiorem disputationē exposcerent, q̄s in præsentia afferre possim, tñ ne intacta ea p̄termittā, dicam q̄s breuissime ea, q̄ ad ipsas faciunt contradictiones de medio tollendas. In primis sciendum est, q̄ demonstratio & definitio sunt instrumēta duo, quibus maxime intellect⁹ attingit cognitionē rerū, tam q̄dem substantiarum, q̄s ēt accidētium, & ob id Arist. agens in li. Poste. de instrumentis sciēdi, vt
E colligitur ex prologo Auer. in. 1. Post. & in Epith. Logicis, diuisit librū illū in duos, qm̄ in primo scopus erat agere de demōne notificante accidentia, in secundo mens erat agere de definitione notificante substantias, quod ēt dixit Auer. 2. Poste. c. 1. & si Iohānes grāmaticus voluerit ſm librum Post. agere de medio demōnis per se, per accidēs vero de definitione, cui ēt adstipulatur D. Thomas in expositione secundi lib. Poste. Verum
F de hac difficultate copiose dicēdū est in q̄stionibus nostris ordinarijs. Nunc aūt sit Auer. opinio mihi pro supposito, vt inde postea appareat solutio cōtradictionis, qñ hęc sit natura & conditio sermonis demonstratiui vt difficultates & errores omnes repellat, vt habetur. 4. phy. 31. Item & illud supponendum est à nobis q̄d voluit Auer. in p̄logo primi Poste. q̄ demōro considerata ab Arist. hoc in loco est

G conſiderata, vti elargitur nobis veritatē oīum entium, quæ p ip ſum confirmari poſſunt, & vt p ſtat conceptionē, hoc eſt, definitionem ipſam, nam perfecta demonſtratio ſiī cū definitione habetur, vt colligitur. 2. Poſt. tex. 8. & 9. & hanc puto fuiſſe cauſam q Ariſt. agens in. 1. Poſt. te. 22. de demr̄one, vbi eam dicit eē de rebus vr̄ibus & ſempiternis, illud idem poſtea aſſerit de definitiōe. hoc. n. non fuiſſet ad propoſitum, niſi hęc duo inſtru
H menta ſimul intelligerent, vnaque procederent. Quibus et ea conſentiunt quę dicuntur. 2. Poſte, tex. 8. nam eo in loco habetur, quod ſi cognoſcamus rem quampiā quo ad qōnem quia eſt, medio eſſentiali, quod ex eo habemus qd rei & pp quid ſiī, et eſt exemplum de tonitruo, de quo ſi nouerimus quod eſt, ex eo q extinguitur ignis in nube, tunc ſcimus quid ſit Tonitrus, et propter qd nubes tonat, nā extinctio ignis abſoluit vtramq;
I quæſtionem. Itē dicebat Ariſt. 2. Poſt. tex. 1. q queſtio quid & propter quid fiunt vna, ex earū vera cauſa, idq; duobus confirmabat exemplis dicens, Quid eſt harmonia? eſt conſenſus inter graue & acutū. propter qd fit harmonia? ob conſenſum inter graue & acutū. Rurſus, quid eſt Eclypſis lunę? eſt terræ obſtructio. propter quid Eclypſatur Luna? ob terræ obſtructionem. Si itaq; concurrit q̄ſtio qd et pp quid in vnū, neceſſe eſt vt K demr̄o & definitio concurrant in vnū, cū definitionis q̄ſitū ſit qd quid eſt, & demr̄onis q̄ſitū ſit ipſum pp qd. Ampli⁹ Ariſt. in eodem. 2. Poſt. te. 10. inquit, ſi dixeris Tonitruū eſſe extinctionē ignis ī nube, hęc definitio dabit quid eſt immediatū tonitrui & eſt demr̄o pōne differens: eſt aūt definitio dū exprimitur ſic, Tonitrus eſt ignis extinctio in nube. ē aūt demr̄o ſi dixeris Tonitrus eſt nubis ſonus ob extinL ctionē ignis in nube: nā mutata poſitiōe terminorū efficiī ſyll⁹ demōſtratiuus, ſi ita dixeris. ob ignis extinctionē in nube fit ſonitus nubis, Tonitrus ē ignis extinctio, igiī Tonitr⁹ eſt nubis ſonus. Ex quibus habes demr̄onē & definitionē eſſe re ipſa idem. Hoc ēt colligitur ex. 1. de aīa te. 11. vbi ſcribit Philoſoph⁹, q prī cipium ſcīæ eſt qd quid eſt, qm̄ idē dat quid ſubſtātiæ & pp qd accidentiū, quare eadē cauſa faciens demr̄onē eadem facit defi
M nitionē: cū itaq; dicitur demr̄o & definitio ſunt idē, id intelligē dū eſt rōne cauſę perfectæ, quæ ſiī dat quid & pp quid. Cū his ēt eſt Themiſt. 2. Poſt. cap. 12. dicens demr̄onem & definitionē minus minimo differre. Dixi q pacto hæc duo inſtrumenta idē ſint, nunc videamus quo modo differāt. Nā plures ſunt horum drīę. Prima eſt, q demr̄o & definitio differunt terminorū poſitione, hoc eſt, ſitu, atq; ordine, vt

Auer.

A Auer. interpretatur ī. 8. q̄sito, & in Epith. logicis. Nam cū fit demō, incipimus á definitione q̄ mediū est & procedimus ad eā q̄ est conclusio, cum vero educitur definitio solo situ differēs, ordine vtimur retrouerso, nā incipimus ab ea quæ conclusio est & absc̄edimus ad eam quę medium est. Dicimus. n. demōstrā do ob terrę obstructionē fit priuatio luminis Solis ī Luna, Eclypsis est terræ obstructio, igitur Eclypsis ē priuatio luminis So-
B lis ī Luna. Cū aūt definitionem elicim⁹, vice versa dicim⁹, Eclypsis est priuatio luminis Solis ī Luna ob terrę obstructionē. hęc est prima differētia, quā voluit Arist. 1. Post. tex. 22. &. 2. Poste. 10. Secūda dria est, quod definitio semper est vīs & affirmatiua. 1. Post. 31. et. 2. Post. 2. at demō pōt esse negatiua & particularis ex. 1. Post. te. 30. & 40. q̄ differētiā voluit Aristo. 2. Post. tex. 2. dum probat nō oē demō-
C strabile eē definibile. Tertia differentia est, q demō est accidētium, et definitio est substantiarum, quā driam ponit Arist. 2. Post. tex. 2. & colligit ex. 7. Met. 17. Quarta differentia est, qm̄ demō dat q̄sitū quod in cōclusiōe, & propter quid in medio, at definitio dat qd est. hanc differētiā habes. 2. Post. te. 7. Quīta dria est, q definitio est sola formatio rei siue conceptio, at demō est assertio siue verificatio, nā definitio nihil probat discurrendo, demō vero semper q̄situm naturaliter ignotum cōclu-
D dit. Hæc vltima differentia est Auerr. pluribus in locis, præcipue vero. 1. Poste. cō. 1. 8. 14. 78. prętera. 2. Post. c. 16. 35. in Epit. logic. & in quęsito. 7. at forte qs me Mathematicū ex logico nūcupabit, q numerorum copiā affectare videar, verum nō me reprehendant qui æquo animo res iudicant, id. n. facio, vt laborem aliorum imminuam, quod profectò si industrię & diligen-
E tię opus est, nō debet mihi vitio verti: id enim facio vt vtilitati aliorum, non gloriæ meę consulere possim. Plures forte possent afferri differentiæ his, inter demonstrationem ac definitionē, sed hæ sufficient proposito huic nostro negocio. Nam ex his cōcidit prima cōtradictio, quoniā fatēdum est, demonstrationem ac definitionem differre ex earū obiectis, quæ sunt Accidens & substantia, item pluribus alīs
F iam recitatis modis differunt, verum sumendo definitionem, vt in ordine ad demonstrationē se habet solo situ terminorū differt. Aristotel. vero non negaret hæc diuersa esse instrumenta si separata accipiantur, cum vero in demonstrationem sumūtur, ambo de accidente ipso proponuntur, quoniam (vt in exemplo de Eclypsis, & Tonitruo dictum est) demonstramus Tonitruum esse sonum nubis per mediam causam, quæ est etiam

G Tonitrui definitio item Eclypſim eſſe priuationem & cætera per medium qui eſt cauſa et definitio Eclypſis. Patet igitur ꝙ demonſtratio & definitio non ſunt ſimpliciter idē, ſed reſpectu cauſę dantis quid, et propter ꝙd de eadē re, in quo caſu differunt ſolo ordine terminorū, vt in ſuperioribus dicebatur. Ad ſecūdam vero contradictionē, quo modo ſit definitio principium demonſtrationis, ſciēdum eſt ꝙ Ariſt. definiēs demr̄onem dixit
H eam conſtare ex immediatis, at paulo poſt diſtinguēs immediatū principiū in dignitatē, ſuppoſitionē & definitionē, ēt mentionē fecit de illa: quāobrem dicere poſſumus philoſophū voluiſſe definitionē eſſe principiū demr̄onis cū eam in ordine principiorū redegerit. Sed Auer. in. 8. quęſito vr̄ dicere non eē neceſſariū vt medius terminus ſit definitio ſed vt ſit cā, hoc eſt neceſſarium: nā tūc medius eſt definitio cum cā media per orationē
I exprimitur. Ex quo habes doctam ſolutionē, ꝙ non ſemp medius eſt definitio, & ob id philoſophus nō poſuit definitionē in definitiōe demr̄onis. eā vero poſuit inter prīcipia: diceret Auer. qm̄ pōt fieri medius. item hic dicit Ariſt. eam eſſe principiū, nō quidem ſemper, ſed in caſu de quo in pręſentia loquitur. Ad tertiā contradictionem, facilis ē ſolutio ſi videamus ea quæ ſcribit Auer. in quęſito. 1. &. 8. quo modo definitio demr̄ari poſſit. K
Nam Ariſt. pr̄obans in. 2. Poſt. longa quidem diſputatione, ꝙ definitio non poteſt demonſtrari, intelligit de vera definitione, non autem de illa quæ materialis eſt et nominis definitio, nam hæc cum fuerit ignota & de accidente proprio, habueritq; cauſam mediā, omnino per demr̄onem concluditur, cum ignotū non niſi demr̄one confirmetur ex. 2. Poſt. c. 1. id āt voluiſſe Ariſto. conſtat. 2. Poſte. tex. 10. qui
L dicit Tonitruum bifariā definiri, nomine & re: nomine ꝙ eſt ſonꝰ nubis, re ꝙ ē ignis extīctio. prima definitio cū ignota ſit & imperfecta, nec det verū quod quid eſt, efficitur concluſio, ſecūda vero cum ſit formalis vel tanquā formalis nota eſt & immediata, & ob id principium eſt demonſtrationis. At dices, nonne Ariſt. vult ſi vnum quid eſt ex alio quid eſt monſtretur ſyll'o duplante, id eſſe petitionē principiꝝ? ſoluitur ꝙ ibi intelligit verū ac perfectum quid eſt, M
qm̄ ſi hoc concluderetur, ex ſeipſo concluderet̄, cum medius ſit quod ꝙd eſt, & vnius rei non ſit niſi vnicū ꝙd eſt. Sed rurſus inſtabis, voluiſſe philoſophum. 2. Poſte. tex. 8. ꝙ cū vna definitio ex alia concludit̄, ꝙ ſit ſyllus logicus non autē demonſtratiuus hic aūt concedit eſſe demonſtratiuum. Dicas ꝙ eo in loco vult ſyll'm logicū concludere defiōnē q̄ non ſit naturaliter ignota

ſed

A sed media inter notum, & latẽs: at hoc in loco demonstratio potest concludere definitionem naturaliter occultam, quoniam ita efficitur quæsitum, & hoc est, q̃ vidit Auer. primo poste. cõmento primo, qui dixit, partes definitionis syllogismo monstrari vti quæsita sunt, non vti partes sunt definitionis. Si ergo definitio debet demonstrari absq̃ petitione principij̃, opus est, vt sit definitio accidentis proprij̃. ex 8. quæsito. item, vt sit definitio
B nominis, & imperfecta, dico nominis hoc est dans quid mediatum, & non propter quid, secundo poster. tex. 8. & 9. item concluditur nõ vti definitio est, sed vti quæsitum est, primo Poste. commento primo, & quæsito primo. item hæc definitio concluditur per medium dantem quid, & propter quid simul, secundo poste. 8. & 9. & illa causa media respectu definitionis concludendæ est causa extrinseca, ex 8. quæsito, & secundo poste.
C commento. 37. & 38. ad extremã vero obiectionem, quo modo definitio monstretur, cum hæc sit substantiarum, quæ per demonstrationem non cognoscuntur, patet ex dictis, nam hęc quæ concluditur, non vera est definitio, neq̃ ipsius substantię, sed accidentis proprij̃, vt in exemplis Aristotelis cõstat, in quibus concluditur tonitrui, & eclipsis imperfecta, & materialis definitio.

CONT. LXIIII. D

CONFVTANS Arist. demonstrationem Brisonis, dicit, q̃ ille vtebatur principio vero, in demonstrabili, & immediato, sed communi. Erat autem illud, inter maius, & minus est dare medium æquale. Quod prĩcipium admittit verum esse, sed in hoc deficere, q̃ proprium non est, quasi velit, q̃ circuli quadratura posset demonstrari, dum modo per propria principia Geometriæ concludatur. quod etiã videtur asserere primo physic. E
tex. 11. vbi damnat demonstrationem Antiphontis, & laudat illam magis Hippocratis, & in prædicamentis, cap. de Relatiuis, aperte fatetur circuli quadraturam esse scibilem, non tamen eius esse scientiam. sed oppositum videtur colligi quinto phy. tex. commenti. 73. vbi scribitur circulare esse aliud in specie a recto. itaq̃ non videtur possibile, vt circuli quadratura sit scibilis per principia propria,
F quoniam non poterit demonstrari, nisi per principium commune recto, & circulari, quare nunquam ex proprijs syllogizabitur. Quod vero illud principium, ex quo demonstratur Tetragonismus debeat esse commune recto, & circulari, ex eo constat, quoniam in quadratura assignatur æqualitas inter circulum, & quadratum, quę vtriq̃ communis est relatio.

Tex. 25

G SOLVTIO.

SOLVITVR, hæc contradictio, quoniam ex proprijs principijs demonstrari potest tetragonismus, dum modo ea principia competant soli circulo, & quadrato. Nam non reprehendit Aristot. in hoc Brisonem, ꝙ acceperit prīcipium illud inter maius, & minus dari æquale, quoniam commune sit circulo, & quadrato, sed ob id, ꝙ competit alijs pluribus, ac præsertim numeris, qui cum sint discreta
H quantitas, nullo modo cū continua conueniunt. Et si dicas adhuc eē cōe illud principiū, quòd solum quadrato, & circulo conueniet, id negandum oīno erit, qm̄ principiū dēt esse ęquale, & ꝓportionatū quæsito, si itaq; demonstratur proportio æqualitatis inter circulū, & quadratum necesse est, vt principium sit, & huiusmodi, hoc est vt vtriq; cōueniat. Cum vero dicitur, non posse cōuenire idem circulo, & quadrato, qm̄ hæc spē non sunt
I idem rectum, & circulare, id cōcedendum venit in ratione specifica, & sic omne principium quod in hac demonstratione tetragonismi accipietur, non erit vnum fm̄ spēm, at vnum poterit eē fm̄ genus, nec ob id erit cōmune, cum ēt quæsitū sit gn̄icū, immo erit illi par, & æquale similē afferre poteris explicationem verbis Auer. in cō. 67. dum inquit, inter rectū, & circularē non esse veram ꝓportionē, hoc

K est vnam in specie, siue vniuoce, potest tn̄ ea eē generica, & analoga. Scio tamen nonnullos dubitare de veritate propositionis dicentis, inter maius, & min⁹ est dare æquale, tum instantia apertissima de sphæralibus angulis, tum etiam in naturali philosophia, dum dicunt dari sphæram maiorem, & minorem sphæra solis, non tn̄ dari illi ęqualem: in quo videretur Aristo. defecisse, dum eam veram, & communē esse testatur, sed nos dicere soliti
L sumus, Aristo. eam veram accepisse, qm̄ eam magnitudini, & numero tm̄ vult esse cōem: non aūt rebus naturalibus, qm̄ in illis fallere potest, neq; item angulis, cum de his dubiū sit nūquid sint, vel non sint magnitudines. & hęc ē causa, cur dixerit Auer. in commen. citato, ꝙ hęc propositio est communis, quoniam cōpetit magnitudinib⁹, rectilineis & sphæricis. in summa recto, & circulari, & numeris competit illa communis propositio fm̄ ra
M tionem ęquiuocam. dum aūt applicatur recto, & circulari tm̄ comparatio, siue applicatio illa est analoga, non vniuoca ob rōnem factam, sed adhuc est principium commune. At principia quibus moderni asserūt quadraturā circuli sunt propria, (dicerent hi) quoniam licet competant quadrato, & circulo, sunt tamen quæsito consimili, & ęquali applicata, & non quidem ratione specifica, cum rectum, &

cir-

A circulare ſpecie differant, ſed generica, & analoga, analoga quidem, quoniam quicquid recto, & circulari conuenit, prius circulari competere videtur, cū ſit perfectius, quod & mathematici, & phyſici æque fatentur.

CONT. LXV.

Tex. 23 RVRSVS Ariſto. in hoc contex. dicit, ſcientiam nullam poſſe demonſtrare ſua propria principia. Nam id pbat ex eo, ꝙ hoc ad diuinum pertinet philoſophum, aliter id ſequeretur incō-
B modum, ꝙ principiorum eſſent principia, & ſic in infinitum abiremus, aut ꝙ ea principia quibus prīcipia propria ſcientiarū demonſtrantur, eſſent communia omnium, & per conſequens metaphyſicalia, non ppria ſciētiarum. Huic vero determinationi, duplex videtur oppoſitio, prima eſt, quia naturalis probat materiam primam eſſe, eāque demonſtrat tranſmutatione, quæ tamen eſt principium proprium naturalis ſcientiæ.
C Secunda eſt, quia vult metaphyſicam eſſe aliarum ſcientiarum dominam, quoniam dat illis principia, & tamen in 8. phyſi. probatur, primus motor a naturali, qui dicitur, eſſe principiū in ſcientia diuina, vel etiam principale ſubiectum. quo circa in eo caſu non magis erit domina metaphyſica, quam phyſica, immo longe minus.

SOLVTIO. D

NOBILIS profecto eſt hæc materia, quæ tamen requireret longiorem diſputationē, quàm huic loco videatur poſſe accommodari. Verum ne excuſationis colore, videar laborem ſubterfugere, in primis adnotāda eſt trita illa, & communis diſtinctio de ſcientiarum principijs, ex 1. phy. cōmen. 8. & tertio met. cōmen. 2. Principia enim alia ſubiecti dicuntur, hoc eſt incomplexa, vt materia, forma, & priuatio, primus motor, hæc enī ſunt E
principia ſubiecti philoſophiæ naturalis: & hæc eadem principia ſimplicia, & incomplexa vocantur a noſtris. Alia vero ſunt principia doctrinæ, quæ & complexa dicuntur, vt dignitates, poſitiones, & ſuppoſitiones. Quæ poſtea in duo rurſus ſubdiuidi poſſunt, quoniā ex his, alia ſunt principia cognitionis tātum vocata, alia cognitionis, & eē. Verbicā, ī naturali philoſophia, erūt prīcipia cognitiōis, ſi dixeris, en
F tia pīa ſunt, & nō vnū, itē naturalia vī oīa, vī q̄dā moueri. Principia vero cognitiōis, & eē, ſi dixeris, pīma naturalia ētia, cām hñt mouēdi, & q̄eſcēdi, &c. Quibus poſitis, ad porē cōtradictionē dicas, ꝙ ꝓncipia ppria, q̄ ī ſcīa pticulī demr̄ant, pñt eē principia īcōplexa, & ſubiecti, cuiuſmodi materia prima eſt in phyſicis: & dum demr̄atur, illud fit demonſtratione ſigni tantum, quod grauiſſime ſcripſit Auerr.

12.

G 12.met.commento 5.& ſecundo phy.commento 22. vbi Auicennæ ſententiam confutat.At principia,quæ demonſtrantur a Metaphyſico ſunt principia cõplexa.quod Ariſt. expreſſit primo poſter.text.27.in illis verbis,& dialectica omnib⁹,& ſi qua eſt, quæ tentet monſtrare communia,vt ꝙ omne affirmare,aut negare,aut ꝙ æqualia ab æqualibus,aut talium nonnulla.vbi cõſtat exempla eſſe de principijs complexis,quæ a dialectico,ac
H metaphyſico monſtrantur. In eandem ſententiam acceſſit Themiſtius,primo poſter.cap.20. vbi principia alia communia, alia eſſe propria teſtatur, additꝙ metaphyſicũ afferere omnia hæc genera principiorum, reddens hanc cauſam,ꝙ quemadmodum ſcientiæ ſubalternatæ capiunt principia complexa & doctrinæ,vocata a ſcientijs ſubalternantibus, ſic quoꝙ particulares artes capiunt prĩcipia
I a metaphyſica, cum illi ſubiectę ſint, ea vero ſuperior,quę verba oſtendunt principatum diuinæ ſapientię,& officium demonſtrandi principia,non ꝙvelit Themiſtius ſcientias omnes ſubalternatas eſſe metaphyſicę, ſed de hoc alias.idem confirmat etiam Themiſtius primo poſte. cap.24. vbi non tantũ dicit hæc complexa principia confirmari a metaphyſico,ſed etiam a dialectico.Sed dicet quis,ſi hæc,quæ dicta ſunt veritatem habẽt, quo modo vera erunt, quæ ſcribit K Auer. primo poſte. commento 70.vbi declarãs,quo modo metaphyſica ſit domina cæterarũ artium,eam reddit cauſam,quoniam ipſa cõſiderat ens totum, cæteræ artes conſiderant partem vnam entis,vnde addit,ꝙ ob id metaphyſica probat ſubiecta cæterarum artium,quoniã illa ſubiecta ſunt partes ſui entis,& iccirco largitur cauſas illorum ſubiectorum. infertque,ꝙ nulla ars poteſt afferre cauſas ſui ſubiecti, quoniam id op⁹ eſt L metaphyſici,vnde metaphyſicus probans numerum,qui ſubiectum eſt in Arithmetica illum probat eſſe,vti ens eſt extra animam,non autem vti ſubiectum eſt Arithmeticæ,nã ſubiectum vult eſſe notiſſimum,vel quia demonſtratum eſt in alia arte, vel quia ſuapte natura eſt manifeſtum,vt habetur primo phy. commento 83. ſecundo phyſic. commento 22. & 26.12.met.5. ſecundo de anima 27.& 29. ſex M to met.primo, tertio cœli.4.ſecundo poſt.commento 33. quibus ſuppoſitis, videtur non fuiſſe verum, quod dicebatur metaphyſicum,demonſtrare principia complexa tãtum. quoniam ſubiectum eſt principium ĩcomplexum primo poſte. tex.24.& tamen a diuino demonſtratur. Huic dicendum eſt, ꝙ non negat Auerr.metaphyſicum probare principia etiam incomplexa,vt eſt ſubiectum ipſum præ

ſertim

A fertim, nec etiam id negauimus nos in ea distinctione superius adducta, sed diximus metaphysicam demonstrare principia scientiarum, quæ sunt cognitionis, vel etiam cognitionis & esse, si opus fuerit, at principia subiecti, si fuerint ignota, possunt demonstrari a posteriori in sua scientia, qualis est materia prima, cum hoc tamen stat, vt subiectū etiam possit demonstrari a metaphysico per causam, & a priori si negetur, non quidem, vt sub
B iectum est, sed vti ens extra animam est. Sit itaq; hæc conclūratio, metaphysicum posse demonstrare, non tantum principia complexa, sed etiam subiecta artium, incomplexa: at propriæ artes possunt demonstratione, quia, confirmare principia ipsius subiecti incomplexa, quæ fuerint latentia, & ignota.

Hinc concidit ea Ioannis de Iãduno distinctio de principijs essendi tantum, cognoscendi, & essendi, ac cognoscēdi simul. quo-
C niam, vt copiose Zimara adducit, non datur principium essendi solum, vt est materia prima ī philosophia naturali, apud Ioãnem, nam materia non potest esse principium essendi, cum id sit forma, quod quo modo veritatem habeat, vide Marci Zimaræ explicationem de principijs. Non enim propositi mei ratio erat, vt aliorum verbis præsens opus excrescceret. id enim compilare est, ni potius sit expilare, aliorum vigilias. Ad secun- D
dam vero contradictionem respondet Commentator, in primo poster. commento 60. vbi vult inferiorem artem posse tradere principia artis superioris, sed demonstratione signi: quo modo naturalis facit, qui in 8. phys. concludit primum mouẽtem esse, quod est principium ī sciẽtia diuina, nec ob id tollitur diuinæ scientiæ principat9, quoniam metaphysica, dum dat subiecta cæterarum artium, &
naturalis etiam philosophia, ea E
præstat per demonstrationẽ causę, vnde quanto demonstratio causę est nobilior demonstratione signi, tanto etiam metaphysica excedit physicam scientiam. Sed si vis hanc differentiam latius percurrere, legas omnino commentum 60. prope finem, nuperrime citatum.

CONT. LXVI.

OSTENDENS Auer. excellen- Cõ. 70.
adnotationibus ſuper lib. Poſt.
copioſe dicemus. Non. n. impu-
ne oīa ſunt hoc in loco & confer
tim recenſenda: præſens. n. la-
bor, cōtradictiones tollit, de ver
borum vero ꝓprietate & ſigni-
ficatione, alibi dicendum venit.

CONT. XCII.

RVRSVS in hoc eodē con- Tex. 27
tex. excitari poteſt cōtradictio,
qm̄ Ariſt. dicit, dialecticā non
habere determinatū ſubiectū, M
circa qđ cognitionē ſuam per-
quirat, quod cæteræ oēs faciunt
ſcientię. ſed oppoſitū vr̄ voluiſ-
ſe. 4. Met. tex. 5. vbi ait, diuinum
Philoſophum & dialecticū ver
ſari circa idem. Cum autē Me-
taphyſicus habeat ſubiectū ge-
nus, videtur & dialecticum idē
neceſſario habere.

SOLVTIO.

NOMEN dialecticæ hoc in
loco nō debet intelligi pro Lo-
gica ſiue organo in cōi, nā hæc
hēt ſuū ſubiectū, ſiue Ens rōnis
ſiue ſecūdas ītētiōes, ſiue ſyll̄m,
ſiue

A ſiue demr̃onē, ſiue ſcire: tot.n. ſunt opiniones de ſubiecto logicę. ſ3 hoc alibi pſecuti fuim9. Vt cūq; res ſe hēat Logica hēt oīno ſuū ſubtū, qđ mō Gręci ἔντεχνον, appellant, quod facit Alexā. in prefatione lib. Prio. mō ὕλην, hoc eſt materiam vocant quod vult Ammoni9, & Philoponus. itaq; de Logica nō intellexit Philoſophus. Nomen vero dialecti cę interdū, pro libris topicis ac-
B cipitur vnde ſyll'us topicus etiā dialecticus dicit. In quo caſu ēt adeſt ſubiectū, nā materia octo librorū Topicorū eſt ſyll'us ex probabilibus conſtans: id.n. & Auer. & Alex. copioſe tradiderunt in Topicis. Eſt & dialectica, ars diſſerendi ex ꝓbabilibus quę licet à fontibus topicis emanare videatur, attñ hæc eſt q̄ de ſingulis rebus diſputat, nā libri topici pręcepta tradunt diſſerendi, hęc vero dialectica pręcepta ad vſum dirigit. Vocat̃ itaq; iure optimo hæc ars à noſtris, ars
C diſputandi, licet Hebreus interpres Auer. eam vocet artē topicam, qđ eatenus eſt verū, quatenus hæc diſſerendi vtit̃ locis topicis. & qm̄ hęc rōcinatur ex cō tingentibus probabilibus accidentalibus, veriſimilibus & his quę opinionē pariunt nō ſcīam, ob id de oībus diſſerit, & nullū habet certū ac determinatū obiectū, & ob id interrogando de ſingulis procedit. Colligit̃ hæc dialecticę vis ex lib. Perih. ſecto 3.1. Prio. cap. 1. .1. Topic. cap. 1. & .2.1. Phy. 8. 8. Ph. 22. & alibi. D Quibus poſitis, elicit̃ male eos voluiſſe ex hoc tex. rōcinari aduerſus Scotū, ꝙ Logica ñ ſit ſcīa, qm̄ nō habet ſubiectū, qđ maxīe ptinere dicunt ad ſcīam demōſtratiuā. Nā hic nō logicam vult Ariſt. ſed artē diſputatiuā, q̄ interrogat de oībus. Sednota, ꝙ cū quattuor ſint gña diſputationū, ex lib. Elencorū ca. 2. doctrinale, dialecticū, tentatiuū & contentioſum, Ariſto. maxime E profitebatur. primum genus & hoc ſibi pro ſcopo propoſuit in tradendis diſciplinis: eſt aūt doctrinalis diſputatio ea q̄ dr̃ demōſtratiua, cuius laudes ſcribit Ariſt. 4. Phy. 31. Interdū tñ etiā profitebatur ſm genus, hoc eſt dialecticū, cū in rebus difficilioribus probabiliter ſoleat argumentari. Plato vero, Socratē ſecutus dialecticā antepoſuit demonſtratiuę, qm̄ frequētius diſputat ex probabilibus q̄; ex neceſſarijs. & cū hac coniunxit, tē- F tatiuam artē quæ interrogādo, flectit ſermonē artificioſa quadā rōne, ita vt̄ incautos facillime fallat. Nā Socratem id ferè ſemp facit apud Platonē, in quo genere diſputationis Plato parem habuit neminē. At ſophiſtę, qui, tempeſtate Platonis et Ariſt. innumerabiles extiterunt, contentioſam magis partem perſecuti ſunt. Quales p̄ſertim apud Platonem legim9 extitiſſe Hippiā, Protagoram, Euthidemū, Dioniſodorum, & alios, qui ſophi-

G ſticē in primis & tenebāt, et docere alios profitebantur. Itē & illud addēdū eſt cæteris iam dictis dialecticas ratiões eas eſſe, quę in ſinitū pñt excurrere, qđ non faciunt demonſtratiuę, hæ n. finitę ſunt, qđ Ariſt. ꝓbat. 1. Poſte. à tex. 34. vſq; ad 39. rō vero cur ſinitę ſint rōnes dialecticę, redditur ab Auerr. ſuper hoc tex. quoniā dialecticus conſiderat ea q̄ ſunt ex accñti. Prętereа hę rōnes dialecticę dñr ēt cōmunes, qm̄ veritatem ex vſibus re-
H bus adſtruunt, non aũt ex propr̄ijs. qđ habetur. 8. Phy. cō. 70. & 4. Phy. 87. & 1. cœ. 70. qđ vero dialecticus de oībus diſſerat probabiliter, vide. 3. Met. tex. c. 2. Cum itaq; dr̄ Metaphyſicam habere ſubiectum, id concedimus: at cum dicis illud eſſe cōmune dialectico, & ita dialecticus habebit ſubiectū, dicere poſſumus vel eo in loco, (hoc eſt. 4. Met. 5. accepiſſe Ariſt. dialecticam pro logica. Nā diuinus conſiderat Ens vt Ens, Logicus ve-
I ro Ens vt à ratiõe formatur. Itē ſi vis ibi dialecticam intelligi ꝓ parte diſputatiua, dices, eam eſſe ſimilem Metaphyſicę non rōne determinationis ſubiecti, ſed eo q̄p de oībus entibus diſſerere poteſt. Vt ſenſus ſit, circa idem verſari Metaphyſicum & Dialecticum, hoc eſt circa oīa Entia, cū hac tñ dr̄ia, q̄p Metaphy. vniuerſum Ens ſibi ſtatuit ꝓ determīato ſuḃto: at dialecticus indeterminate illud ipſum conſiderat, qm̄ ꝓbabiliter illđ cognoſcit. rō autem probabilis indeterminata eſt, ſicut demonſtratiua certa eſt & determinata. quæ ſolutio videtur Auerr. 1. Poſt. cō. 85. K

CONT. XCIIII.

OSTENDENS Ariſt. in diſciplinis nō fieri paralogiſmos, inquit, hæc aũt ſunt, ac ſi intellectione viderentur. quæ verba ſic Græcè ſe habēt, τοῦτο δ' ἐστὶν ὅτι τῇ νοήσει. ex q̄bus habes Ariſt. vſum fuiſſe metaphora, nempe ea quæ eſt, per intellectum videre, nam & Plato mentem ap- L pellat animi oculum. Sed Ariſt. 2. Poſt. damnat ſermones metaphoricos. vult. n. in diſciplinis nō eſſe Metaphoras vſurpādas, quando in oratorum ſit & Poetarum, vt ipſe et ī lib. Rhetoricorū, et in Arte Poetica teſtat' fuit. Tex. 29

SOLVTIO.

POSSVMVS intelligere, metaphoras nō eſſe in ſcientr̄ijs adducendas frequenter, interdum tñ adduci poſſe, & maxīe ſi res, per illam figuram illuſtretur. Nam in. 2. Poſt. cum eam dam- M nat, id facit ob Platonem, qui in ſerr̄ijs rebus, atq; grauioribꝰ philoſophię ſentētijs, poetarum ornamenta videtur inſerere, quod Plato non tam impune facit, q̄ etiam frequenter. Frequēs itaq; vſus ab Ariſt. exploditur, nō rarus. Nam Plato deum ipſum nominās, opificem appellat, Tempus eternitatis menſuram, Materiam vero, vas, locum, conceptaculum, immo & obſtetricē

forma-

formarum vocat atque alia huiusmodi proferre assueuit Plato & quidem frequētius q̄ par sit. Possumus ēt dicere Arist. vsum fuisse hac dicendi figura in hoc lib. qui Logicus est, non scientię pars. item eam dixit cum quadam correctionis nota, nam inquit, hæc autem sunt, ac si intellectione viderentur. nā particula, ac si, addita est, vt Metaphorę vim imminuat & retūdat. Quę aūt hæc sit trallatio, nō est videre admodū difficile. nam hęc referri pōt ad eas, quas analogas vocat in arte Poetica. erat. n. eo in loco exemplum, Clipeum eē Amphoram Mineruæ: & Amphoram esse Clipeum Bacchi. Item, Mors, dici potest vitę occasus, & occasus, diei mors est. Sic ītellectus potest dici oculus animi, quemadmodū oculus, corporis mens. Vnde & oculo dicimus nos intelligere, & intellectu videre. Trallatio itaq; est analoga, sed de his in gręcis adnotationibus.

CONT. XCV.

Te. 29. DICIT scientias siue disciplinas non paralogizare, dialectiças vero disputationes posse id facere. At in hoc eodem tex. paulo post, Coeneum inquit in Philosophia nāli attulisse paralogismum, hoc est syll̄m ex amb abus propōnibus affirmatiuis in secunda figura, cōstat autem hmōi esse paralogismum.

SOLVTIO.

PRIMVM videndum est, quid sit Paralogismus, deinde cur in disciplinis locum habere non possit, paulopost contradictio tolletur. syll̄i alī inculpabiles sunt, hoc est oē ex parte recti alī vero mali & vitiosi. Qui pbe syllogizant, hi sunt, quorum materia vera est, & forma non vitiosa, & hi faciūt in nobis sciētiam aut saltē opinionē. Cōstat aūt hoc. 1. Post. tex. 32. Alī vero non boni sunt, atq; hi vel materiā habent peccantē, vel formā, vel etiā vtrunq;. Qui peccāt in materia, sunt falsi, hoc est, quorum altera p̄missarum, vel ambæ sunt falsæ. qui in forma deficiunt, apparentes dicuntur syll̄i Sophistici, vel ēt paralogismi, ex q̄bus oībus generatur in nobis prauus habitus ignorantiæ: id constat legentibus, 1. Post. te. 32. Sunt & alī syll̄i qui peccant aduersus principia sciētiarum, cum hæc male fuerint cognita, exemplum dabat Arist. 1. Topi. cap. 1. si quis á mathematico acceperit illud principium, lineas exeuntes à centro ad circunferentiam esse æquales omnes, respectu diuersorum circulorum non ęqualium, id erit principiū male cognitum, ex quo ignorātia per syll̄m effici potest in nobis. atq; hi syll̄i referri debent ad eos qui peccant in materia; quos Arist. ī tex. 28. huius libri appellabat syllogismos ex oppositis. Sed reuertamur eò, vnde digressi sumus. Paralogism? est syllogismus peccans in for-

G ma, ſic.n. Themiſt. D. Thomas, Philoponus & Auer. ſunt interpretati. vult ergo diſciplinas nõ paralogizare, quoniam diſcipli næ ſupponunt præcepta Logica, & cum ſyllogizãt, maxime vtũtur prima figura, vt ẽt dicitur. 1. Poſte. 31. quæ figura nullo pacto admittit paralogiſmos. Cum vero dr̃ Cœneum ſyllogizauiſſe in. 2. figura ex vtraq; affirmatiua, reſpõdet Ariſt. q̃ ille ſyllus eſt in materia reciproca, ex quo põt per conuerſionem
H maioris proprĩs ad primam figuram reduci. Erat autem eius ſyllus talis, quod in multiplicata fit analogia celerrime gignit, Ignis celerrime gignitur, itaque ignis in multiplicata fit analogia. Verum maior conuenitur, qđ celerrime gignitur, fit ĩ multiplicata analogia: eſtq; prima figura. Sed dices ſi paralogiſm⁹ eſt, qui ĩ forma deficit, quo modo id dicemus de exemplo, qđ affert Ariſt. in tex. dum inquit;
I omnis circulus eſt figura, carmina ſunt circuli, igitur carmina ſunt figuræ. vult enim hunc eſſe paralogiſmum, & tamen texturam habet ſyllogiſticam, hoc eſt primæ figuræ. Dicendum q̃ vitioſa forma ſyllogiſmorum multis modis deprehenditur. quædam enim aperta eſt & perſpicua, vt ſi ex ambabus negatiuis, vel particularibus ſyllogizaueris: quędam vero latẽs eſt, vbi vel ęquiuocatio terminorũ, vel amphibologia, hoc eſt ambiguitas fuerit in propoſitiõibus. nã ſi dicas oĩs canis latrat, piſcis ẽ canis, latrat ergo piſcis. hic figura prima eſt, eſt tamen paralogiſmus ob ipſam æquiuocationem canis, qui cũ vnus videatur terminus, tribus tamen æquiualet: cum ergo mala forma ſyllogiſmi ſit, quæ plures accipit terminos quam tres, conſtat hunc eſſe vitioſum, quo modo etiam malus eſt, qui colligit carmina eſſe figurã, q̃m medius terminus qui circulus eſt, æquiuocum eſt nomen, nam in
L Mathematicis ſignificat figurã planam, à cuius centro lineę ductæ ad circũferentiã ſunt ęquales. At circulus in poetarũ carminibus eſt quoddam metrigenus, qđ reddit verſus ad circuli ſimilitudinem in ſeipſos omni ex parte intercurrentes, qđ Philoponus illuſtrat exemplo eorũ carminum, quæ tumulo Midæ regis affixa fuere, et tu hęc apud Philoponum legas diligenter.
Eſt itaq; paralogiſmus ille, q̃m potentia continet quatuor terminos: qui numerus vitioſam omnino & culpabilem reddit ſyllogiſmi compoſitionem.
M

CONT. XCVI.

ARISTOTELES ĩ hoc tex. & Auerr. ſimul ſeparantes dialecticam à cæteris diſciplinis, prę ter alias differẽtias, hanc dicũt, q̃ in dialectica difficilis eſt reſolutio, q̃m ex falſis propõnibus poſſumus concludere tam falſum, q̃ verum. Si vero ex falſis nunquã
Tex. 29 et. c. 93.

A nunquam verum concludi poſ-
ſet, efficeret reſolutio facilis. Ex
quo colligitur, ꝙ in omne ſyllo
concludẽte verum ex veris põt
eſſe reſolutio. Sed oppoſitũ ha-
betur apud Ariſt. ex titulo Libri
Prior. & Poſte. nam hi duo tan-
tum libri reſolutorũ vocantur,
non autẽ liber Topic. qui tñ &
ipſe, cum ex veris verum cõclu
dat, vr̃ dici debere reſolutorius.
Item liber Prio. cum agat de ſyl
logiſmo formali, abſq; materia,
ſiue vera, ſiue falſa, quo modo
B reſolutorius dici poterit, ſi vera
ſunt, quæ hic dicuntur?

SOLVTIO.

SCIRE debes ꝙ Reſolutio,
eſt ordo contrarius compoſitio
ni, propriè accepta: nã vbi in-
cipit vna, deſinit alia & è diuer-
ſo: qm̃ compõ à partibus ad to-
tum ꝓcedit, reſolutio à toto ad
partes. v.g. ſi ab Elementis, &
membris ad humanũ corpus ꝓ
cedas, compoſitio eſt, ſi ab hu-
mano corpore ad mẽbra & ele-
C mẽta acceſſeris, reſolutio appel
latur, itaq; hæc contraria rõne
fiunt. Ex quo patet, ꝙ reſolutio
contraria, ſemper compoſitum
diuidit in ea ex quibus compo-
nitur, ſi vero diuiſeris compoſi-
tum in ea, ex quibus nõ cõſtat,
hęc nõ erit reſolutio proprie di-
cta, qm̃ contraria non eſt, ſed re
ſolutio latius vocabitur: qđ do-
cte Auer. explicat in hoc. cõ. 82.
& in prologo primi Poſter. nec
nõ in media ex poſitiõe ſup hoc
loco. Item de Reſolutione extãt
quædam. 3. & hic cap. 3. itẽ pon D
dera ꝙ Reſolutio quæ Græce,
Ἀνάλυσις, vocatur, & diſſolutio
quæ à Græcis dicit Διάλυσις, hoc
inter ſe differunt, ꝙ reſolutio po
teſt fieri ſine rei quæ reſoluitur,
corruptione: nõ aũt ſic ſe habet
diſſolutio, quæ cum rei interitu
ſemper fit. Nam ſi domum vel
ſcamnum reſoluas ratiõe in ele-
mẽta & materiam & formam,
res non corrũpit, ſi aũt hæc diſ-
ſolueris, corrumpitur. Et ob id
iure certãt expoſitores ſuper. 1. E
Priorũ cap. 1. quo modo ſit legẽ
da definitio termini, nũquid ter
minus ſit in quem diſſoluitur,
an potius reſoluitur propõ. nã »
alĩ διαλύεται, hoc eſt diſſoluit, alĩ »
ἀναλύεται, hoc eſt reſoluit magis »
legendum probant. de qua re »
in Grẽcis adnotationibus dicẽ-
dum erit. Sed ad Reſolutionem
rurſus accedentes dicimus eam
multis fieri modis: alia. n. eſt Ar
tificioſa, vt cum ſcamnũ vel le-
cticam in partes, & particulas
componẽtes diuiditur. Alia na- F
turalis eſt, vbi hominẽ in mem
bra, & membra in elementa, &
hęc in materiam & formam re-
duces. Tertia eſt mathematica,
(authore Alex. & Philopono ẽt
in lib. Priorũ ab initio) in qua,
Theorema in principia reſolui-
tur, atq; ea principia in alia ma-
gis prima & immediata. Eſt, &
reſolutio Logica, hoc ẽ rõnalis,
quæ fit, vbi quæſitum ſiue con-
cluſio in ſua refertur principia.
Id autem colligitur ex præſenti

G contex. Vnde Lucidiſſ. Themiſ. hoc in loco, & eſt. 1. Poſter. cap. 26. reſoluere inquit, dico, cõcluſione vera cõſtituta, venari propoſitiones, ex quibus illa conditа eſt. Et Auer. in hoc. cõ. non tã tũ æmulatus eſt Themiſtĩ ſententiã, ſed et verba. Nũc autem videam⁹ quo mõ ratio reſoluat. Nam vt diligenter ſcribit Philoponus, reſoluere audit Ariſt. hic pro inuentione medĩ termini. Itaque ſuppoſito quæſito illo ꝙ aĩa ſit immortalis, reſoluam ipſum in mediũ, qui eſt numerus ſeipſum mouens: quo inuento, inueniã præmiſſas, à qbus illud q̃ſitũ pendet: & hęc ſunt, ꝙ numerus ſeipſum mouens ſit imortalis, et ꝙ anima ſit numerus ſeipſum mouens. Hęc itaq; reſolutio concluſionis in principia facile fit in diſciplinis, & rõ eſt, ꝙ hæ pro medio vtuntur cauſa & definitione, quę perfecta in vno genere, nõ niſi eſt vna. vnius autẽ rei inuentio longe facilior eſt, I q̃ multorum. At in rõnibus dialecticis, cum vna concluſio poſſit cõcludi medĩs diuerſis ac indeterminatis, vt optime Philoponus & Auerr. colligunt, hinc eſt ꝙ inuentio illa redditur difficillima, & per conſequẽs reſolutio, aut nulla eſt, aut tarda. Non itaq; negandũ eſt, topicam artẽ habere aliquã in ſe reſolutionẽ; ſed quia difficilis eſt & indeterminata, ob id lib. topicos noluit appellare reſolutorios. Sit itaq; concordia hunc in modum; ꝙ Ariſt. & Auer. concederent ſyl- K logiſmos veros dialecticos hr̃e quandã reſolutionẽ ſed indeterminatam, & ob id proprie non eſſe reſolutiuos vocãdos. Librũ vero Poſt. voluit eẽ reſolutoriũ qm̃ docet demõſtrare, demonſtratio vero determinatã habet medĩ inuentionẽ. ſed lib. Prior. ob aliã cãm dr̃ reſolutorius, nõ quidẽ ea qua lib. Poſt. dr̃ analyticus, ſed ex eo ꝙ in .3. ſectione primi lib. agit de ipſa reſolutione, quę (vt inqt recte Philoponus in .1. Prio.) cũ ſit perfectior L ac nobilior libri pars, iure quodam ab ea totus liber dictus eſt reſolutori⁹. Quæ ſolutio vera ẽ, & ex Gręcorũ fontibus ducta. Attñ ẽt dicere poteris, ſyll'm formalẽ hr̃e reſolutionẽ, licet ñ cõſideret materiã reſolubilẽ, ex ipſa demr̃one, cui primũ inſeruit. Nam licet rõ ſyllogizãdi res ſit oĩno cõis dialectico & demonſtrãti, prĩcipaliter ad demõſtrãtẽ ptinet, qm̃ iã dixerat Ariſt. in primis verbis .1. Prio. ſcopũ ei⁹ & ĩtẽtionẽ eſſe demr̃onẽ ac ſciẽ- M tiã demõſtratiuã. Sed p̃ter ea q̃ hic dicta ſunt, vr̃ ꝙ in Auer. alia ſit cõtradictio, ꝺ Reſolutiõe, nã 2. Me. c. 11. inquit, diſſolutio fit à prioribus, ad poſteriora, ſed .7. Me. 23. vult eã fieri à poſterioribus ad priora. Huic Zimara rñdet, ꝙ Reſol'o duplex eſt, alia. n. inqt, eſt à nã, alia rõne. Naturalis ſp fit à poſteriori ad prius, & à cõpoſitis ad ſimplicia, vt hõ dũ reſoluit ĩ eſſa, et hęc in materiam

A riã & formã. At reſolutio rõnis (inquit ille) duplex eſt, vel.n.fit in ſcientijs & diſciplinis, q̃ ſunt de rebus vel naturalibus, vel diuinis, vel mathematicis, q̃ ĩ nr̃o arbitrio non cõſiſtũt. vel reſolutio rõnis eſt in rebus agibilibus quę pendẽt ab electione & arbitrio hoĩum. Qđ ſi reſolb fuerit in diſciplinis, vult vt ſit à prioribus ad poſteriora. Si vero in agibilibus vult vt ſit à poſteriori ad prius, qm̃ in illis reſoluimus
B à notione finis q dr̃ eẽ poſterius ſm generationẽ. His poſitis, inquit, Auer.in.2.diuinæ philoſophię loqui de Reſolutiõe rõnis, q̃ fit in ſcietijs, hęc.n.à priori ad poſterius eſt: at in.7. agit de reſolutiõe rõnis q̃ fit ĩ artibus factiuis, ĩ q̃bus ꝓcedimus à fine qui poſterior eſt, ad ea q̃ finẽ antecedũt. Quæ concordia non mihi valde ꝓbat, nã dum Auer. cõciliat M. Zimara, ſibi poſtea vr̃ cõtradicere: qm̃ ſi dicit ꝙ reſolutio naturalis ſemp ẽ a poſteriori ad
C prius, quo mõ poſtea dicit ꝙ reſolutio rõnis in ſcietijs eſt a priori ad poſteri⁹? etenim reſolutio naturalis eſt res ſcibilis in ſcientia naturali. Itẽ confirmãs ꝙ in ſcĩa ꝓcedimus a priori ad poſterius ſm reſolutionẽ, adducit verba Themiſtĩ nuperrime citata, ꝓ ſui cõfirmatione, cũ tñ dicat Them. ꝙ ꝓcedimus a cõcl̃onibus ad p̃miſſas, q̃ ſanè ꝓgreſſus eſt a poſteriori ad prius. Dicerẽ itaq; ꝙ ſi reſolutio ẽ cõtraria cõpõni, ꝙ ſemp ꝓcedit a poſterio
D ri ad pri⁹: nã cõponẽtia ſunt cãę et cõpoſitũ ẽ effect⁹. Et hoc hẽt veritatẽ ĩ reſolutiõe naturali, diuina, Mathe. et rõnis, ĩ ſpeculatiuis ſcietijs, in factiuis & actiuis. Verũ cũ dicit Auerr. 2. Me. 11. ꝙ ꝓcedim⁹ a priori ad poſterius, miror ꝙ Zim. vir p̃clariſſimus, et ętatis nr̃ę ſpecimẽ ſingulre, ñ viderit ꝙ Auer. loq̃t de diſſolutiõe et deſtructiõe logica, nõ ãt de reſolutiõe. Nã ĩq̃t, ſi velis deſtruere, debes ꝓcedere ab his q̃ priora ſunt, qm̃ his ablatis tollũ
E tur et poſteriora. nã logica rõ dicit, ſi nõ eſt aĩal, nõ ẽ hõ: nõ ãt dicit, ſi nõ ẽ hõ, ergo nõ ẽ aĩal. qm̃ aĩal cũ ſit prius naturaliter hoĩe deſtruit et ñ đſtruit. totũ ãt hoc applicat Ariſ. eo ĩ loco ad ꝓceſſum formarũ, vt q̃libet intueri p̃t. et Auer. ĩ cõ. diſſolutionẽ vocat nõ reſolutionẽ. tota itaq; cã difficultatis ẽ, ñ diſtĩguere has voces, q̃ sũt reſolutio ac diſſolutio. S3 parcãt mihi Zim. manes, qñ ñ hoĩę3, quẽ magnope colo, reꝑhẽdere volebã, ſed veritatẽ ĩ
F re difficili illuſtrar̃, hęc hactenꝰ.

CONT. XCVII.

DIVIDENS Ariſt. demr̃onem, duplices eius ſpecies tantũ explicat, eam. ſ. quæ dicit Qđ, ſiue Quia: & eam quæ dicitur propter quid, ſiue cauſæ. Græcè vero demonſtrationes ὅτι, καὶ διότι, dicunt, vt in grę carũ vocũ ſignificatiõib⁹ copioſe diſſeruimus. Eſt itaq; prẽſens diuiſio in duas ſpecies tantum, quã Auer. Tex. 30 et. c. 95.

G confirmat in com. 95. Vterq; vero & Arist. & Auer. oppositum voluere, q̃ prẽter has duas species demõstrationum, ẽt vnam aliam appellant demr̃onẽ simpliciter, vt licet perspicere. 1. Poster. tex. 21. & apertius tex. 42. quo in loco Arist. agens de certitudine sc̃iarum, eam vult eẽ certiorem ac priorem sc̃iam, q̃ præstat nobis ꝓp quid & qd̃ simul, quã ea quæ nobis seorsum elargitur qd̃, vel propter quid. cum autem sc̃ia sit habitus per demõ
H strationem acquisitus 6. Ethic. cap. 4. & 11. Poste. tex. 5. patet ꝙ demr̃o erit ẽt triplex, alia dans duo quæsita & est demr̃o simpliciter & duæ dantes alterum duorũ quæsitorũ, & sic in vniuersum demr̃o erit, qd̃, propter quid & simplr. Sed Auer. hoc latius colligit. 1. Poste. tex. 7. 8. 10. in quæsitis, & in Epith. logicis cap. de demr̃one, nec nõ in prologo primi Physi. atq; alibi sæpius. loca autẽ oĩa referre nõ tã ambitiosum q̃ puerile videret.
I Hæc itaq; sufficiant nobis.

SOLVTIO.

SOLVERET Albertus, ex Latinis, interpres grauissimus, hanc difficultatem, ꝙ Arist. noluit alias demonstratiões quàm duas, Quod, & propter quid vocatas, diceretq; simpliciter demonstrationẽ non differre à ꝓp quid, nisi dr̃ia accidentali, et ob id Arist. duas tm̃ colligit demõstratiõis species, ceterum si qñ fit mentio de demr̃one simpliciter, ea non est tanq; altera speK cies audienda, sed vt idem est re ipsa cũ demr̃one causæ. Vt autẽ Alberti opinio magis cõstet, videndũ est quid sibi voluerit magnus hic doctor ĩ hoc negocio. Videbat ille demr̃onem omnẽ fieri vel à causa, vel ab effectu, non. n. aliud datur, ex quo fieri demr̃o possit, ob id concludebat, omnem demr̃onem diuidi in duas species tm̃, in eam quæ fit à causis & in eam quæ fit ab Euentibus: itaq; cõcludebat nõ L
esse demr̃onem tecãdam in tres species, quod Auer. facit. Deinde accipit hunc textũ, in quo demr̃o diuiditur in duas species, vel ꝓp quid vel quia. Postremo dicit, ea non distingui spẽ et differentia specifica, quæ differũt accidente, nam homo albus & homo niger licet contrarijs qualitatibus, differant, non ob id specie differunt, cum ex accidentibus, sint diuersi. At demonstratio simpliciter & propter quid (dicit ille) accidente M
differunt, non differentia essentiali, itaque species non erunt diuersæ. Quòd accidente differãt, inde colligit, quòd demonstratio simpliciter fit ex nobis & naturæ notis, demonstratio vero ꝓpter quid, fit ex naturę notis tantum, hæc autem differentia sumitur ex eo quòd vna fit ex notioribus nobis, alia vero ex ignotioribus, quæ differentia cum non aduenĩat demonstrationi ex sui natura, sed ex compara-

A paratione ad noſtrum intelligendi modum, inde conſtat hanc differentiam eſſe illi accidentalem. Hoc ipſum efficaci exemplo confirmat, nam, inquit, ſi demonſtrauero homini alicui, qui lunam non viderit eclipſari, lunam deficere ex terræ interpoſitione, hæc erit potiſſima illa demonſtratio, cum det cauſam & eſſe, ſed eadem demõ
B ſtratio comparata homini, qui lunam vidit eclipſari, & cauſam ignorabat, dabit ſolum propter quid, nõ autem eſſe. Eadem itaque demonſtratio poteſt eſſe diuerſis hominibus comparata, & potiſſima, & propter quid, itaque accidentali differunt ratione, non autem ſpecie. Nam, quæ ſpecie differunt, cuilibet cõparata, ſunt ſpecies, & res diuerſæ. Ex his concludit Albertus, ſomniaſſe Auerr. cum dixit, eſſe tres demonſtrationis ſpecies.
Sed videamus Auer. nunquam fuiſſe vigilãtiorem, quàm ĩ hac re extiterit, dormitaſſe vero Al-
C bertum, dum fingit hunc ſomniare. Nam in primis oſtendam Auer. opinionem fuiſſe a grẽcis ſcriptoribus deſumptam, non autem fuiſſe illum huius veritatis authorem. Etenim Philoponus, ſuper tex. 5. ac 30. huius primi libri, demonſtrationem diuidit in duas menſuras, primam, ac ſecundam. Dicitur autem ab eo primæ menſurę demonſtratio, abſolutiſſima illa, & perfectiſſima, cui nihil deeſt, quæ & potiſſima, & ſimpliciter a noD ſtris vocatur. Alia vero ſecundæ menſuræ dicta eſt, quæ viribus ingenij noſtri accommodatur, quæ pro captu noſtro frequenter efficitur, ſiue a cauſa, ſiue ab effectibus procedamus.
Quæ ſententia, omnino demonſtrationem ab alijs ſpecieb⁹ maxima differentia diſtinguit. Sed Euſtrathius 2. poſt. tex. 11. & 12. exponens demonſtrationem a cauſa materiali, efficiente, & finali, vult eas cadere a perfectioE ne eius, quæ pro medio formalem accipit cauſam, id autem eſt dicere demonſtrationem ꝓpter quid cadere a perfectione potiſſimæ, & per conſequens eſſe diuerſas ſpecies. Item Themiſt. 2. poſter. Explicans vim potiſſimæ demonſtrationis, per quam omnino a demonſtratione cauſæ tantum ſeparatur, inquit, potiſſimæ demõſtrationis examẽ eſt, vt vtrumq; nobis abſoluat quæſitum, an ſit, & quamobrẽ
F ſit. Quæ verba, per Deos immortales, quid aliud ſibi volũt, quam id, ꝙ Auerr. vbiq; locorũ clamat? nam primo Poſte. commen. 7. dicit, demonſtratio ſimpliciter illa eſt, quæ dat cauſam, & eſſe. & hoc ipſum vult in cõmento hoc 95. & in prologo primi Phy. His ita ſe habentib⁹, agamus modo quibus de cauſis adductus eſt Auerr. & græci ſimul, vt in hanc ſententiam venerint. in primis vidit Auer. demõſtrationem aliquãdo mediatas ha-

G habere propoſitiones, ita vt ad earum proſyllogiſmum ſit accedendum, interdum eas habere immediatas, & indemonſtrabiles, ob id demonſtratio ſimpliciter, cum perfecta ſit ex immediatis conſtabit, quæ vero propter quid dicitur, poterit ex mediatis conſtitui: quam differentiam dixit Auer. 1. poſter. commento 10. Deinde conſiderat Auer. dixiſſe Ariſtotelem, primo poſt. tex. 11. 12. 13. & 14. demonſtrationem eſſe vniuerſalem, & H quatenus ipſam, quæ conditio reddit propoſitiones ſemper cõuertibiles, ob id, ex illius regulæ præſtantia colligit eam pertinere ad demonſtrationem ſimpliciter, quoniam dici de omni, & per ſe, cęteras reſpiciunt demonſtrationes: at dici de omni, per ſe, & quatenus ipſum propria, & germana eſt conditio demonſtrationis ſimpliciter. & hęc differentia non poteſt dici ex accidente, cum ſit ex natura rei deſumpta. Præterea vidit Auer. I tex. 42. primi poſte. in quo Ariſto. expreſſe, inquit, ſcientiam illam eſſe perfectiorem, quæ præſtat duo quæſita, quod, & propter quid, quam quæ ſeparatim alterum, vel alterum elargitur. Cum itaque demonſtratio ſimpliciter det cauſam, & eſſe, præſtabit omnino duo quæſita, quare perfectior cæteris eſt dicenda. Hæc autem differentia, non eſt ex accidenti, nam cum quæſita ſint obiecta inſtrumentorũ, vt colligitur, ſecundo Poſte. tex. K primo, & ſecundo, vbi Ariſt. dicit, obiectum definitionis eſſe quid, demõſtrationis vero qđ, hinc concluditur differentiam demonſtrationis ſimpliciter, & propter quid eſſe ex natura rei.

Accedit, ꝙ Ariſt. primo poſt. tex. 39. 40. & 41. diſputans an demõſtratio vniuerſalis ſit potior particulari, item an affirmatiua ſit melior negatiua, & vtrum oſtenſiua ſit eligibilior ducente ad incommodum, nomen de- I monſtrationis accipit ſecũdum L prius, & poſterius. Nam demõſtratio potiſſima ſemper eſt vniuerſalis, affirmatiua, & oſtenſiua, nunquam autem poteſt eſſe particularis, negatiua, & ad impoſſibile, quo modo poteſt eſſe demonſtratio propter quid, vt ibi omnes interpretantur, cõſtat hanc differentiam eſſe ex natura rei, non autem ex accidenti, & quo ad nos. Poſtremo eſt Ariſto. ſecundo poſte. tex. 11. qui habet per omnia genera cauſarum fieri poſſe demonſtrationẽ M propter quid, nam exemplificat in materiali cauſa, efficiente, & finali, non dat autem exemplũ de formali, quoniam hæc eſt demonſtratio potiſſima, cuius medius eſt forma dans quid ſubiecti, & propter quid de quæſito, de qua abunde prius tractauerat. Si itaque ex medio termino ſumitur differentia demonſtrationum harum, non vidit Albertus, ꝙ differentia eſt in re, non

aũt

A autem quo ad nos. Postremo considerat Auer. demonstrationes mathematicas hoc differre à naturalibus, ꝙ illæ fiant potissimæ sæpiꝰ, hæ vero rarius, quoniam causæ mathematicæ sunt nobis, & naturæ nota, physicæ vero causæ sunt naturæ tantum notæ, quæ differentia nascitur ex natura ipsarum causarū, vti hæ sunt magis, vel minus impeditæ a materia, quæ ob sui potē tiam causa est occultationis, cū actus sit causa cognitionis nono
B met. tex. 20. Hæc itaque sunt fundamenta, quę excitarunt Auer. & alios ante ipsum, ad assignandam differentiam specificam inter demonstrationem, ꝙ pter quid, & simpliciter. Nec obstant, quæ dicit in contrariū Albertus, ꝙ omnis demonstratio vel est a causa, vel ab effectu, nam illa partitio est generalis, et per capita, non autem descendit ad specialia, si vis autem specifice agere, sic dicere oportet, om
C nis demonstratio, vel est a causa simpliciter, vel non simpliciter, vel ab effectu. Cum vero dicit, hic Aristotelem, velle tantum duas species demonstrationis, dici potest etiā hic philosophū per capita demonstrationem diuidere, quoniam alia est ꝙpter quid, siue a priori, alia quod, siue a posteriori, cum hoc stat, vt diuisionis membra in alias spēcies diuidi possunt, in propter quid simpliciter, & non simpliciter, sicut demonstratio, quod ab Aristotele diuiditur, in eam, D
quæ fit ab euentu, & a causa remota, & a causa mediata. Vel dicas, Aristotelem iam egisse de demōstratiōe simpliciter a tex. quinto, vsque ad hunc 30. nunc vero tradere alias duas species, quæ sunt propter quid, & quia.

Postremo, cum vult Albertus has demonstrationes distingui solum, ex accidentibus, id nullo pacto est audiendum, nam demus accidentalem esse differentiam illam, quam adducit, E
cum eandem demōstrationem componamus diuersis suis hominibus, non ne plurimæ alię explicatæ fuere differentiæ, quę ex natura rei sumuntur? nam licet homo differat a leone, accidentali differentia, per quā hic fuluus est, ille albus, est tamē differentia specifica, quę inter illos est, esse rationale, & irrationale. Sit itaq; distinctio trimembris in specie, licet bimembris sit per capita, at suprema genera, demonstrationis hoc modo, nam
F alia est causæ tantum, alia simpliciter, alia quia. Sed nunc harum naturam, & conditionem liceat contemplari, quando nulla in logicis tractationibus videat esse magis opportuna, aut etiam necessaria explicatio.

Philoponus in explicatione huius textus, hac sola partitiōe fuit contentus, ꝙ demonstratio, alia est propter quid, alia quod. Prima ex his habet cōditiōes tres, vt sit a causa, non ab effectu, pri

ma

G ma, non mediata, propinqua, non remota. Cuius duo extant in text. 30. exempla, alterũ, quo Planetas dicimus, non ſcintillare, eo, ꝙ prope ſunt nobis: alterũ vero, quo lunam accipere dicimus luminis incrementum, ex eo, ꝙ ſphæricam habet figurã. ſecunda vero demonſtratio dicitur, quod, & hęc fit quatuor modis, vel ab effectu conuertibili, cum ſua cauſa, vt ſi lunam dixeris eſſe ſphæricam, quoniã eius lumen paulatim creſcit, vel pla-
H netas dixeris, prope eſſe ex eo, ꝙ non ſcintillant. fit etiam demonſtratio, quod ab effectu nõ reciproco, vt ſi ex eo, ꝙ mulier lacteſcit dixeris ipſam cognouiſſe virum. non enim retrocedit ratio, ꝙ mulier, quæ viro cõcubuit, neceſſario lacteſcat. Tertius eſt modus demonſtratiõis, quia, ſiue quod, quæ a cauſa nõ prima, hoc ẽ mediata efficitur: vt ſi dixeris, hominem eſſe riſibilem, ꝙ iocoſis delectatur, hoc
I autem eſt mediata cauſa, nam homo iccirco iocis delectatur, quoniam eſt animal rationale mortale. Quartus modus demõſtratiõis quia, vel quod, eſt quę fit a cauſa remota. Vt ſi dixeris, parietem non reſpirare, quoniã non eſt animal. Nam ſi animal non eſſe, eſſet propinqua cauſa non reſpirandi, & animal eſſe diceretur cauſa reſpirandi, hoc autem verum non eſt, cum multa ſint animalia, quæ nil reſpirant. hæc eſt demonſtrationum diuiſio, quam Ariſto. & Græci attu-
K lerunt. Themiſtius vero paucioribus verbis in ca. 27. primi poſter. rem totam perſtringit. Nã aliam eſſe demonſtrationẽ per cauſam illationis dicit, vel per cauſam rei. Quæ cauſam illationis accipit, demonſtratio an ſit, vel quod ſit dici poteſt. Quæ vero vtitur cauſa rei, hæc demonſtratio quamobrem ſit, hoc eſt, propter quid appellatur.

Auer. primo poſter. commento 8. inquit, demonſtrationem diſtingui ex medio termino. Nã
L ſi medius fuerit cauſa cognitionis, vel ſcientiæ tantum efficit demonſtrationem quia. Si fuerit cauſa eſſendi ſolum, conſtituit demonſtrationem propter quid. Si vero fuerit cauſa eſſendi, ac cognoſcendi ſimul, fit demõſtratio ſimpliciter. Item primo poſter. commen. 95. ait, demonſtrationem, quia, dare nobis ſolum eſſe rei: demonſtrationem propter quid, dare cauſam tantum: demonſtrationem ſimpliciter dare cauſam, & eſſe ſi-
M mul. Et addit, ꝙ cum effectus infert cauſam, non autem cauſa infert effectum, fit demonſtratio ſigni tantum, ab effectu ad cauſam. vt in exemplis præcedẽtibus patet, nam dicimus, mulier habet lac, igitur corrupta, non autem ſequitur, ſi corrupta eſt igitur habet lac. Si vero, inquit, cauſa inferat effectum, & ab effectu eadem non inferatur, fit etiam vnica ſpecies demonſtra-

A ſtrationis tantum, quæ dicitur cauſæ, exemplum eſſe poteſt, ſi dicas, ignis eſt, ergo lumen eſt: non enim reciprocat ratio, lumẽ eſt, ergo ignis eſt: nam ſtellæ luminoſæ ſunt, non autem igneę. & hoc exemplum eſt Auerr. in Epith. logicis, cap. de demõſtratione. Si vero effectus inferat cauſam, & inferatur viciſſim a cauſa, duæ efficientur demõſtrationis ſpecies, altera quod, & altera propter quid, vt in exemplis huius tex. 30. de luna, & pla
B netis. Nam dicit Ariſto. in his alterum per alterum cõcludi poſſe, hoc eſt cauſam ex effectu, & effectum ex cauſa: & eſt regreſſus a noſtris vocatus hic proceſſus, non autem circulus, vt ample diximus ſuper tex. 6. Amplius nota de mente Auerro. ꝙ hæ ſpecies tres demonſtrationũ dicuntur viæ doctrinæ, vt ipſe ſcribit in prologo 1. phy. Zimara vero animaduertit demonſtrationem ſigni, fieri tribus modis, vel vbi ex effectu noto, cau
C ſa concluditur, ignota: vel vbi effectus ignotus, aliqua coniectura notificatur, vel vbi cauſa eſt remota. Quæ diuiſio vera eſt, ſed non ſufficiens, nam eſt demonſtratio etiam ſigni, vbi procedimus a cauſa nõ prima. Quo circa facilius diuiderem ſic, demonſtratio vel eſt a cauſa, vel ab effectu, & ſi a cauſa vel ꝓpinqua, vel remota, vel prima, vel non prima. & ſi ab effectu vel conuertibili, vel non conuertibi li, adde vel ab effectus coniectura. tũc concludas demonſtrationem a cauſa propinqua, & prima eſſe propter quid, quæ vero eſt a cauſa remota, vel non prima, item, quæ ab effectu qualicunque ſit, vel etiam ab effectus coniectura, hæc eſt demonſtratio quia, ſiue ſigni. Sic enim methodica ratione colliges, quàm breuiſſime demonſtrationũ ſpecies, & differentias. Si vero vis diuidere demonſtrationem propter quid, vt in ſuperioribus dicebamus, dices aliam fieri a cauſa, quæ dat ſolum propter quid, aliam fieri a cauſa dante, ꝓpter quid, & eẽ rei. prima dicitur demoſtratio cauſæ, ſecunda vero demõſtratio ſimpliciter, vel potiſſima. Eſt autem exemplum de demonſtratione cauſę tantũ, ſi dixeris, lunam deficere, quoniam terra interponitur, nã qui ſenſu eclipſim vidit, ex hac demonſtratione ſolum propterqd ſibi comparat. Si vero demonſtraueris eclipſim eſſe priuationem luminis ſolis in luna, ob terræ obſtructionem, hæc demonſtratio dabit eſſe eclipſis, quod eſt priuatio luminis ſolis in luna: item dabit propter quid, ꝙ eſt terræ obſtructio. Quæ exempla ſunt Auer. in 8. quæſito. hãc autem demonſtrationum differentiam confirmes his, quæ ab Auerroe dicũtur in ſecundo cœli, commento 35. Nota etiam, ꝙ demonſtratio propter quid poteſt fieri ex cauſa efficiente, & D E F

G & finali, vt dicit Auerro. primo poſte. commẽto 34. item ex cauſa materiali, vt colligitur 2. poſter. text. 11. demonſtratio vero ſimpliciter, fit ex cauſa formali, vel ex efficiente, & fine coexiſtẽtibus, hoc eſt, qui loco formalis cauſæ accipiuntur, id colligitur ex Auerroe primo poſter. commento 35. & 8. quæſito. Item demonſtratio propter quid poteſt eſſe in terminis non conuertibilibus, & ſine eo, ꝙ dicitur quatenus ipſum, & negatiua, oppoſi-
H tum vero vult demonſtratio potiſſima, vt dicitur in quęſito 5. Etiam ſcias, quòd demõſtratio quia, poteſt eſſe ex aliqua cauſa efficiente, & finali, vt habetur primo poſter. commen. 34. item quæ demonſtrat ad impoſſibile, poteſt dici demõſtratio quia, quod habetur 1. cœli, commen. 55. Breuiter in demonſtratione quia effectus eſt notior cauſa. in demonſtratione propter quid cauſa eſt minus nota, quam effe-
I ctus. in demonſtratione ſimpliciter cauſa eſt notiſſima, & effectus ſimpliciter eſt ignotus. hæc enim fuit germana mens Auer. ſed animaduerte, ꝙ recentiores omnes ignorauere diuiſionem demonſtrationis ſimpliciter: vnde clariſſ. Zimara, qui cætera diligentiſſime perluſtrauit, hanc videre non potuit, quoniam Auerr. commentaria magna nondum in lucem prodierant, nam hæc anno ſequenti Zimaræ obitum, impreſſa fuere: illum. n. vi-

ua voce in Gimnaſio interpretã K
tem audiui, hortari magnopere auditores, vt cum primum in lucem exirent, ab omnibus auidiſſime perlegerentur. Sed ad rem noſtram. Demonſtratio ſimpliciter alia eſt, quæ dat inhærentiam accidentis proprij in ſubiecto, per definitionẽ, & cauſam mediam. ita, vt illa cauſa ſit cauſa cognitionis & eſſe: & hoc verum eſt, cum illud accidens, qđ demonſtratur eſt nobis ignotũ quo ad eſſe, & propter quid ſimul. vt ſi quis cognoſcat lunam L
deficere, & ex terræ interuentu deficere, quæ duo prius ignorabat. appellare autem nos ſoliti ſumus hoc primum genus demonſtrationis, compoſitũ quæ ſitum concludentis. Alia vero eſt, quæ concludit definitionem nominis, per cauſam extrinſecã, ex qua colligitur definitio ſolo ſitu differens, vt cum quis concludit, eclipſim eſſe priuationẽ luminis ſolis in luna, per terrę interpoſitionem. in hac. n. concluſio eſt definitio. item medius eſt M
alia definitio, & ex vtraq; fit definitio perfecta, & hæc ſecunda ſpecies demõſtrationis, ſiue modus, perfectior eſt alĩs, vt ſcribit Auer. in 8. quæſito. Hanc autem ignorauit Zimara, ob relatam cauſam: non enim vidit, niſi illã, quæ paſſionem cõcludit de ſubiecto. Hæc enim ſecunda concludit materialem, & in perfectam definitionem accidentis proprij, & ſolet vocari his tem-

po-

A poribus demõſtratio dans quęſitum ſimplex, ex eo, ꝙ dat quid eſt, hoc eſt quid nominis.
Tota vero hæc diſtinctio ſic colligitur ex Ariſtote. Nam primo poſte. tex. ſecundo. 20. 24. 25. 43. dicitur, demonſtrationem conſtare ex ſubiecto, affectione, & principijs. hæc autem eſt illa demonſtratio, quæ concludit paſſionem, & accidens ipſum. Verũ demonſtratio, quæ dat definitionem, colligitur ex 1. poſter. tex. 22. & 2. Poſte. tex. 8. 9. 10. quo in
B loco Ariſto. dat exempla de eclipſi, & tonitruo. Quo modo autem cõcludatur definitio, abſq; petitione principij, licet videre ĩ toto ferè 2. Poſt. ſpeciatim vero in quæſito 1.

CONT. XCVIII.

Te. 30 AGENS Ariſt. de demõſtratiõe quia, exemplum dat de planetis, quos demõſtrat prope nobis eſſe, ex eo, ꝙ non ſcintillant, & ſic ratiocinatur, ꝙ non ſcintillat prope eſt, planetæ non ſcintillant, planetæ prope ſunt. In quo
C ſyllogiſmo affirmatiuam colligit concluſionem, ex præmiſſis negatiuis, præſertim vero ex minore: nam hæc propoſitio minor, quæ dicit, planetæ non ſcintillant, negatiua omnino eſt.
Sed contrarium huic penitus voluit Ariſtoteles primo Priorum cap. 5. vbi ex altera propoſitione negatiua, ſemper vult negatiuam concluſionem ſequi, quoniam concluſio deteriorem partem ſequitur ſyllogiſmi, & ob id probat ſecũdam figuram D ſemper negatiue concludere, quoniam altera propoſitio eſt negatiua.

SOLVTIO.

SCIRE licet, concluſionem ſemper viliorem, ac deteriorem partem ſequi ſyllogiſmi, vt neceſſaria magis appareat concluſio, ſiue concluſionis illatio. id autem verum eſt, tam in quantitate, quàm qualitate propoſitionum: quod Alexander, Philoponus, & Auer. volunt in primo Priorum: eſt autem quanti- E tas propoſitionum, eſſe vniuerſalem, particularem, indefinitam. Qualitas vero eſt, vt ſit affirmatiua, vel negatiua. Quamobrem, ſi altera præmiſſarum fuerit particularis, neceſſe eſt, vt particularis ſit concluſio: ſi vero fuerit negatiua, & concluſio etiam ſequetur negatiua, id autem non tenet in modis, nam licet modus neceſſarius ſit dignior contingenti, poteſt tamen concluſio ſequi neceſſaria, ex F maiori neceſſaria, & minori de inexiſtenti, vt habetur primo Priorum, cap. 5. 10. 11. hoc autem volui dixiſſe, vt intelligeres, in quo caſu regula vera ſit, quæ dicit, concluſio ſequitur deteriorem partem ſyllogiſmi.
Deinde & aliud eſt animaduertendum, quòd propoſitio negatiua poteſt bifariam accipi, vel vt ſimpliciter eſt negatio, vel vt reſoluitur in infinitam: cum autem reſoluitur, efficitur affir-

mã-

G matio, vt ſi dicas, Plato non diſputat, potes hanc expone-re, Plato eſt non diſputans, quæ affirmatio eſt ex infini-to participio: & tunc ſyllogiſ-mus affirmatiue concludens po teſt negationem accipere in præ miſſis. Nam cum Ariſt. ſyllogi-zat, quod non ſcintillat prope eſt, Planetæ non ſcintillant, er-go Planetæ prope ſunt, dicimus totum ſyllogiſmū eſſe affirma-tiuum. Nam maior propoſitio affirmatiua ē, hoc modo, quod
H eſt non ſcintillans prope eſt, Pla netæ ſunt non ſcintillantes, Pla-netę prope ſunt. Et hæc ſolu-tio defendit Ariſtotelem, non ſo lum in hoc loco, ſed frequentiſſi me etiam in philoſophia natura li, & diuina, loca vero præter-mitto, ne videar in re perſpicua laborare, nam cum affirmatiue concludit ex altera propoſitio-ne negatiua, ſemper eam ad af-firmationem infinitam reſoluit, vt maxime eſt videre apud A-uer. primo phy. tex. commenti
L 10. & alibi, quo in loco iudicat rationes falſas Parmenidis, & Meliſſi. ſed hæc hactenus.

CONT. XCIX.

Tex. 30 & Cõ. 99. VVLT Ariſtot. & Auerr. ſimul, hoc in loco, hanc propoſitionē nullus paries reſpirat, non poſſe ſyllogizari in prima figura, ſed in ſecunda, atque eam ſic ſyllo-gizat, omne reſpirans eſt ani-mal, nullꝰ paries eſt animal, igi-tur nullus paries reſpirat. Con-trarium videtur omnino voluiſ ſe primo Priorum cap. 5. vbi ha K betur primam figuram eſſe cæ-teris perfectio rē, quoniam ſyl-logizat omnia genera proble-matum, cum itaque ſyllogizet vniuerſalem negationem, cur voluit hanc propoſitionem, nul lus paries reſpirat, tantum ſyllo gizari in ſecunda figura?

SOLVTIO.

OCCASIONE huius difficulta tis, digrediuntur in hac parte Auer. & Philoponus. Verū nūc breuibus propoſitæ dubitatiōi ſic ſatisfacio. Sermo Ariſtotelis L hoc in loco non eſt de modo ſyl logizandi propoſitiones nega-tiuas, ſed de cauſis remotis. Cū enim dixiſſet, quo modo demō ſtramus per cauſam primam, & ab euentu, nunc agit de cau-ſa remota, ea autem, inquit Ari-ſto. facit demonſtrationē, quod non propter quid, immo ait, fie ri in ſecunda figura, vt conſtat i exemplo de pariete. Vult autem non eſſe animal, cꝙ ſit cauſa re-mota, cur paries nō reſpiret, ob id, cꝙ non ſemper animal eſt cau M ſa reſpirandi: nam oſtreæ, & cō chilia, atcꝙ inſecta procul dubio animalia ſunt, & tamē nil reſpi-rant. Nam cauſa pxima ea eſt, quæ affirmationis eſt cauſa, vti etiam negationis. Etenim ſi ter-ræ obſtructio eſt cauſa, vt ſit lu-næ deliquium, etiam nō obſtrui terram, cauſa eſt, vt luna non de ficiat. Remota itaque cauſa eſt, quę ſi negationem veram facit, nō facit veram affirmationem.

Si

A Si ergo volueris remouere maius extremum a minori in concluſione, per cauſam remotam, hoc eſt; quę negationem veram faciat, non autem affirmationē, oportet, vt medium affirmetur de maiori; & negetur de minori, & ſic minor propſitio neceſſario erit negatiua: cum autem in prima figura ſemper minor propoſitio ſit affirmatiua, patet, ꝙ in prima figura non poteſt ſyllogizari vniuerſalis negatiua, per remotam cauſam. Et Philo
B ponus egregie hoc confirmat ēt alio exemplo, quod habetur in tex. Interrogatus Anacharſis cur apud Scithas, non ſunt tibicines, reſpondit, quoniam ibi non ſunt vites, hæc.n. eſt cauſa remota, quoniam non neceſſario vbi ſunt vites, ſunt etiam tibicines, ſed vbi ſunt tibicines ibi etiam ſunt vites. & fit ſyllogiſmus in ſecunda figura, hoc modo, vbi ſunt tibicines, ibi ſunt vites, in Scithia non ſunt vites, in Scithia non ſunt tibicines. ecce,
C ꝙ hæc negatiua, ſi debebat concludi per cauſam remotam, minor tenebatur eſſe negatiua, & iccirco neceſſarium eſt, vt ſit in ſecunda figura. Ad contradictionem vero dicimus, ꝙ verū ē primā figuram cōcludere vniuerſaleꝫ negatiuam, immo efficacius. quàm faciat ſecunda, vt dicitur primo Priorū, verū prima figura non ſyllogizat negationem per cauſam remotā, ob rationem dictam. Nam ſi dixeris, nullum animal eſt lapis, om D
nis homo eſt animal, nullus homo eſt lapis. hic remouetur in cōcluſiōe maior extrēitas a minori non per medium tanquam per cauſam, quoniam medium animal, non eſt cauſa, vt homo non ſit lapis, nam (vt inquit Philoponus) cauſa huius negationis eſt vis ipſa, & natura terminorum, ꝙ nullum animal ſit lapis, nam & hæc etiam non minus erit vera, ex natura terminorum, quæ dicit, nullum animal
E eſt lignum. Item affirmatio, dicēs, omnis homo eſt animal, nō eſt cauſa, vt homo non ſit lapis, cum & alia poſſit aſſignari cauſa, nam ꝙ homo non ſit lapis, ēt poſſum cōcludere per medium inanimatum: omnis lapis eſt inanimatus, nullus homo eſt inanimatus, nullus homo lapis. ecce, ꝙ prima figura non ſyllogizat per cauſam, vt maius nō inſit minori. Nam ſi volumus hoc facere, neceſſe eſt, vt medius inſit maiori, & non inſit minori,
F & inde concludimus maius nō ineſſe minori, & cauſa huius eſt medius. Cum autem in hac terminorum complicatione, neceſſe ſit, vt minor propoſitio ſit negatiua, & hoc in prima figura ſit impoſſibile, ob id recte Ariſt. dixit, negationem ſyllogizari in ſecunda figura per cām remotā.

CONT. C.

OSTENDENS Ariſtote. differentiam inter demonſtrationē ꝓpter quid, & quod in ſcientijs Tex. 30

G ſubalternis, vult ſubalternatas, quas ſenſitiuas vocat cognoſcere quod, ſubalternantes vero, quas mathematicas appellat cognoſcere propter quid, & dicit hæc verba, Hi namque habent cauſarum demonſtrationes, & plerumq; non nouerunt ipſum quod, quemadmodum, qui vniuerſale ſpeculantur, multoties nonnulla ſingularium nō nouere. Ex quibus conſtat, velle philoſophum hic poſſe fieri demon
H ſtrationem, propter quid, ignorato quod: ſed oppoſitum ſcribit 2. Poſte. tex. 9. vbi dicitur, neminem ſcire propter quid, niſi pri⁹ nouerit quod, quemadmodum nemo poteſt ſcire quid eſt, niſi prius nouerit an ſit. Accedit, q̄ exemplum, quod dat hoc in loco de vniuerſali videtur, & ipſum contradictorium multis alijs locis. Nam vult cognoſci vniuerſale ignorato particulari. Sed huic contrarium dicit 1. Poſte. tex. 33. vbi habetur, q̄ deficiente ſenſu, & cognitione parti
I cularium, deficit ſcientia, & cognitio intellectualis. Item in lib. de Senſu, & ſenſili, intellect⁹ depēdet a ſenſu, quod etiam habetur primo de Anima 12. vbi dicit, intellectus, aut phantaſia eſt, aut non ſine phantaſia: ſi ergo non poteſt intellectus intelligere, niſi phantaſmata ſpeculetur, quo modo poſſibile eſt, ſcire vniuerſale, ignorato particulari?

SOLVTIO. K

PRÆCEPTVM illud in ſecundo Poſte. tex. 8. dicēs, neminem ſcire propter quid, ſi prius non nouerit quod, veriſſimum eſt & inculpabile, nam ſcientia, propter quid, præſtat prædicari cauſam in ſubiecto, & ob id prius oportet noſce prædicatum ineſſe ſubiecto. Quamobrem recte ibi concludit, q̄ quæſitum propter quid ſupponit neceſſario quod. Nunc vero cum dicit, poſſe mathematicos ſcire propter quid, & ignorare quod, id L
non eſt intelligendum, inquit Philoponus ſimpliciter, ſed dū non cogitant, aut animaduertunt. Quaſi velit, q̄ recta ratione procedentes, & intenti demonſtrationibus ſemper habeant, quod, dum ſpeculantur propter quid. Cum vero intenti non ſunt, & minus conſiderant, poſſibile eſt, vt habeant propter quid, & ignorent quod. Affert q̄ Philoponus exemplum, nam Aſtronomus cognoſcit Aquilonaria Aſtra, quæ vna cum meri
M dionalibus emergunt, tardi⁹ verti, quàm meridionalia, fæpenumero vero, conſiderans taurum verti ante aurigam, putabit eū ante aurigam moueri, & per cō ſequens ante hunc occidere. id autem prouenit ex ea cauſa, q̄ Aſtronomus non animaduertit neq; intentus eſt valde ſuo operi. Idem etiam ſentit Philoponus de cognitione vniuerſalis, q̄ re vera hæc ſupponit diſtinctam

A ctam cognitionem particularium, ſed interdum, dum minus intenti ſumus, cognoſcimus vniuerſale, & ignoramus particulare. Exemplum eſt, de mula: nam quis ſcire poteſt, omnem mulam eſſe ſterilem, cum hoc tamen ſi mulam viderit magnum vterum gerentem, ſuſpicabitur eam eſſe parituram, non conferens particulare, cum vniuerſali. Hæc Philoponus. & hoc totū accepit in tex. qui dicit, qui vni
B uerſale ſpeculantur, multoties nonnulla ſingularium non nouere, quia non aduertunt. Nam græce verbo vſus eſt, ἀνετωτικίαν, quod in cautam, & minus intẽtam conſiderationem ſignificat. itaque non poſſum, nonniſi Philoponi interpretationi ſubſcribere, in quam concordiam veniſſe Themiſtium, ſcribit Auer. in commento 101. qui incautam illam conſiderationem appellat negligentiam: licet Commentator paulo ab hac interpretatio-
Te. 39. RVRSVS in eodem cõtex. 39. agens Ariſt. de demõſtratione D vniuerſali eam oſtendit eſſe perfectionem demonſtratione particulari, hoc argumento inter alia, ꝙ in problematibus, quorum propter quid quærimus, nunquam animus acquieſcit, niſi ad cauſam maxime vniuerſalem deuenerit, quaſi gradatione quadam procedens. dat autem huiuſce rei exemplum. Vt ſi dicas, propter quid venit Socrates? alter reſpondeat, vt argentum accipiat. cur vult accipere argentum? ille dicat, vt ſol E uat cui debet. cur vult ſoluere? ille reſpondeat, ne iniuſte agat. & ſic ſemper ad altiores et communiores cauſas ſolemus deuenire, quouſque vniuerſaliſſima cauſa reperta, ceſſat omnis quęſtio de re propoſita. Ex quibus conſtat, voluiſſe Ariſt. ꝙ in vera ſciẽtia propter quid, vbi ſunt diuerſæ cauſę, quarum aliæ cõmuniores, aliæ minus ſunt communes, perfecta ſcientia eſt per cauſam communiorem. Op- F poſitum vero videtur voluiſſe 1. Phyſic. 1. vbi inquit ſcientiam rerum naturalium fieri à principijs & cauſis. vſque ad Elementa. Et expoſitores omnes, gręci & Auer. per principia & cauſas intelligunt cauſas magis cõmunes, per elementa vero cauſas proprias rei, quæ ſunt materia & forma cuiuſcunque rei naturalis.

SOLVTIO.

APPARENS nimirum eſt

G hæc contradictio: nec valet dicere quòd Aristot. hic loquitur argumentando. Nam hic pro veritate agit & argumentatur. Itaque dicerem, ni fallor, quòd interdum in causis magis & minus vniuersalibus, vtimur ordine compositiuo, qui fit à primis causis et maxime vniuersalibus ad eas quæ magis sunt proprię. Vt. v.g. si componatur homo à sole & homine, tanquam causis efficientibus & inuicem subordinatis, deueniam ad propriã
H materiam & formam huius hominis, hic processus erit compositiuus. Et hunc voluit Aristot. 1. Physi. 1. vbi scientiam naturalem constituit ex principijs, & causis descendendo ad rei elemẽta. ad quod videtur pertinere id quod ait Auerr. 5. Met. 17. vbi inquit materiam hr̃e çertos quosdam grad⁹, quoniam prius formas recipit communiores, deinde minus communes, vsque ad formas indiuiduorum. Interdũ
I vero in eisdem causis vtimur resolutione, quæ à compositis ad simpliciora procedit, hoc est à rebus proprijs ad causas communiores. Nam causæ quo magis sunt vniuersales, eò sunt simpliciores, vt materia prima & Deus. In ipsis itaque problematibus, vbi propter quid per resolutionẽ venamur, procedimus à causis propinquis & proprijs ad remotiores, & communes: atque hoc est quod Arist. hoc in loco proponit. Quod autem in Physicis voluerit ordinem com K
positiuum, id satis patet, ex ea ratione quòd Aristo. ibi agit de causis communibus, et proprijs ex quibus effectus naturales cõstant. Et ob id dicit Auerr. eo in loco com. 3. Si nos essemus natura procederemus à causis et prĩcipijs ad constitutionem rerum naturalium. At in hoc tex. prę-senti, vult resolutionem in problematibus, quod facile constat ex secundo exemplo, quod Aristo. tradit in mathematicis, di- „
cens, quando igitur cognosci- L
mus quòd quatuor, qui extra „
sunt æquales quoniã æquicrus: „
adhuc deficit: propter quid ęq- „
crus? quoniam triangulus: & „
hoc quoniam figura rectilinea: „
si autem hoc, non amplius pro- „
pter aliquid erunt, maxime scimus: & vniuersaliter aũt tunc, &cę. Vnde Auerr. in com. 166. exponens ea quæ dicit Aristot. testatur scientiam quæsitorum, & problematum esse à primis causis ad vltimas in quocunq M
genere causæ. Verbi gratia, in causis efficiẽtibus procedimus ab efficiente proprio ad maxime commune, & sic in cæteris: qui ordo alius cq̃ resolutorius eẽ non potest. In quo procedimus à cõpositis ad causas proprias, & ab his ad causas communes. Sed de hac re nimis multa.

CONT. CVI.

LEVIS est contradictio hic, Tex. 40
dum asserit Aristo. demonstrationem affirmatiuam esse potio-

rem

A rem negatiua, ob id, quòd eſſe eſt prius non eſſe. Sic enim argumentatur: Eſſe præcedit non eſſe, demõſtratio affirmatiua dicit eſſe, non eſſe vero negatiua, igitur affirmatiua prior. contrarium videtur colligi ex toto ferè primo libro de Phyſico auditu vbi declaratum eſt, omne qđ fit, fieri ex non ente: nam priuatio videtur præcedere formam in quacunque rei generatione, ſiue ea ſit ſubſtantiarũ, ſiue audientium generatio.

B

SOLVTIO.

SCIRE debes priuationem duplicem eſſe, aliam quæ antecedit habitum, aliam quæ ipſum omnino ſequitur. Quę antecedit, ea cum potentia coniuncta eſt, vt priuatio literarum in puero trium menſium: hæc autem priuatio poteſt ea ſimplex negatio appellari. Verum hæc ſimul cum poteſtate eſt, ad literas addiſcendas. quæ vero ſequitur habitum, ea eſt, quæ actum
C & potentiam tollit vt cęcitas, q̃ aduenit ex organi, aut facultatis viſiuæ interitu. Vtranque priuationem docuit Ariſto. in poſt prædicamentis cap. de oppoſitis. Nam inquit, Catulum ante nouem dies non videre, nec tamen eſſe cæcum. In hoc itaque ſpatio. 9. dierum catulus priuationem habet actus videndi, nõ autem potentiæ: cum in potentia ſit, vt poſt. 9. dies, videat. Cũ vero Ariſtot, dicit a priuatione ad habitum nõ dari regreſſum,
D de ea ſanè intelligit, quæ actum & potentiam deſtruit. Adde & ex eiſdem poſt prædicamentis cap. de Priori, prius aut tempore ſiue generatione dici, aut etiam perfectione. Nam plurima tempore præcedunt, q̃ perfectione ſunt poſteriora, & è diuerſo vt patet in cauſis & effectibus: nam cauſæ poſterius à nobis cognoſcuntur, quæ tamen effectibus ſunt priores. His ſic poſitis, concidit cõtradictio.
E Quoniam aſſerendum eſt, priuationem præcedere formam, & habitum interdum, cum priuatio eſt ſimul cum potẽtia, ſed præcedit tempore, non perfectione. cum vero eſt priuatio illa quæ actum & potentiam tollit, hæc ſequitur habitum vt cũque vero ſit, omnis habitus naturaliter & ſecundum perfectionem præcedit priuationẽ: quo modo Ariſt. nunc intelligit eſſe præcedere non eſſe: id. n. ex natura rei non tempore eſt audien
F dum. ſi autem de hac re vis plura cognoſcere, legas q̃ ſcribuntur. 9. Met. 20. Item ſecundo de generatione 59.

CONT. CVII.

OSTENDENS Ariſto. hoc in loco differentiam inter demõ monſtrationem oſtenſiuam, & eã quæ ducit ad impoſsibile, determinat oſtenſiuam procedere à præmiſſarum confirmatione ad confirmationẽ concluſionis, & p conſequens à priori ad poTe. 41.

G sterius: impoſis vero demñratio ex oppoſito, à concluſione ad p̄ miſſas, hoc eſt à poſteriori ad prius. Cū vero proceſſus à prio ri ad poſterius longe potior ſit, ac præſtabilior eo, qui fit à poſteriori ad prius, hinc concludit perfectiorem eſſe demonſtra-tionem oſtenſiuam, ea quæ ducit ad impoſsibile. Oppoſitum vero videtur voluiſſe. 1. Priorū ſectione ſecunda, vbi colligitur in quocunq; ſyllogiſmo procedendum eſſe à præmiſſarū con-
H firmatione ad confirmationem concluſionum: nunquam autē è diuerſo.

SOLVTIO.

VIDIT Auer. hanc difficultatem in com. 176. primi Poſte. & iccirco occaſione illius digreditur: quam digreſſionem videre omnino poteris. Vt autem à nobis quàm breuiſsime tollatur hæc contradictio, ſcire debes, quòd alia eſt ratio dum argumentamur in veris, alia dum
I argumentamur in falſis, & impoſsibilibus. In ſyllogiſmis autem veris, neceſſario tenemur ire à veritate præmiſſarum ad veritatem concluſionis. Et ratio eſt, quoniam ſemper procedimus à veritate antecedentis ad veritatem conſequentis, vnde dicimus homo eſt, igitur animal eſt: quoniam homo eſt antecedens, & animal conſequēs. non teneret autem à veritate cō ſequentis ad veritatem antecedentis: quoniam non valet, eſt animal, igitur homo. Et hoc vo K luit Ariſt. in ſecunda ſectiōe primi Prio. In rationibus vero falſis, oppoſitum agimus: nam in his procedimus a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis: vt ſi dicas non eſt animal, igitur non eſt homo: non autem valebit, ſi dixeris, non eſt homo, igitur non eſt animal. ecce quòd in falſis a poſteriori procedimus ad prius: & hoc eſt quòd vult in p̄ſentia loquens de demonſtratione ducē te ad impoſsibile. Ad hæc per- L tinent, quædam in primo Phyſic. in ea parte, vbi deſtruit Ariſto. rationes Parmenidis & Meliſſi. ſed hæc ſufficiant modo.

CONT. CVIII.

AGENS Ariſt. de certitudi- Te. 42
ne ſcientiarum, vult eam eē certiorem & priorem cæteris alīs, quæ dat nobis quæſitum quod & propter quid: id enim longe melius eſt quam afferre tantum quod, vel ſolum propter quid. Ex quibus verbis colligitur, tri- M
na diuiſio, quòd ſciētia alia dat quod, alia propter quid, alia vtrunq;. Et ſic colliguntur tres demonſtrationis ſpecies, quod, cauſæ, & ſimpliciter. Oppoſitum videtur voluiſſe Ariſtot. in prȩcedentibus, tex. 30. vbi ſcientiam, et demonſtrationem diſtinguit in duo tantum, hoc eſt, qđ, et propter quid.

Solutio.

A SOLVTIO.

ABVNDE diximus ſuper tex. 30. de hac re: verum in reb⁹ maximopere neceſſarijs iuuat mirum in modum repetitio: ea præſertim, quæ nouas res in medium adducit. Eſt autem diligenter animaduertendum, q̃ hæc diuiſio trium demonſtrationũ obſcure, & diminute tradita fuit a priſcis ſcriptoribus: nam & Auicenna auſus eſt demonſtrationem quod, tãquam ineptam, & hoc nomine indi-
B gnam, ab ipſo genere demõſtrationis repellere, vt refert Auerr. primo Poſter. 55. & in quæſito demonſtratiuo ſexto. Cuius rationes confutatas optime videbis locis adductis. Alij vero ex latinis noſtris, nolunt demonſtrationem ſimpliciter re, & ſpecie a demonſtratione propter quid, ſeparari. inter quos quadam ex parte eſt Albertus Magnus, & Ioannes Andegauenſis in quæſtionibus ſuper 9. diuinæ
C philoſophiæ: quam etiam ſententiã ſecutus fuit ex recentioribus authoribus Hiſpanus. Horum præcipua ratio eſt, demonſtrationem cauſæ, & demõſtrationem ſimpliciter, differre quoad homines, non autem in re: idque adſtruunt hoc argumẽto, q̃ apud hominem, qui non norit effectum eſſe, demonſtratio dabit cauſam, & eſſe, & erit ſimpliciter. apud vero hominem, qui norit effectum demonſtratio præſtabit cauſam tantum: & erit eadem demonſtratio nu D
mero. quo autem pacto tollatur hæc ratio, docuimus in contradictionibus text. 30. nec opus eſt, vt dicitur, retexere orſum. illud tamen ſufficiat in præſentia dicere, Ariſtotelem hoc in loco, eas demonſtrationes diſtinguere ſecundum maiorem, ac minorem certitudinem, nam hic de certitudine ipſa agit, ex primario propoſito: eſt autem certitudinis ratio, conditio eſſentialis, non autem ſecundum accidens: E
quo circa, ſi ſcientia dans quod, & propter quid certior ẽ. quàm quod tantum, vel tantum propter quid, ſequitur vt hæ demõſtrationes differant omnes ratione ſpecifica, non autem ſecundum accidens. Quod vero Ariſto. breuiſſime hic attigit, Auerroys vberius explicat. Nam primo Poſte. commento 7. 54. 55. 56. 95. atque alibi, demonſtrationem vult aliam eſſe cauſæ, aliã exiſtentiæ, aliam ſimpliciter. Quod longa explicatione confirmat in Epith. logicis, cap. de F
demonſtratione: necnon quæſito 3. & 6. & in prologo primi phyſic. quo in loco tres ſpecies demonſtrationum vocat, vias doctrinæ. Amplius Auer. ſecundo cœli 35. diſtinguit demõſtrationes, hoc modo: vel enim procedimus a priori noto, vel a poſteriori, vel a priori minus noto, quàm poſterius. Si a priori magis noto, quam poſterius demonſtremus, erit demonſtratio

ſim-

G ſimpliciter vocata, quę tibi dabit eſſe effectꝰ, & propter quid, eiuſdem. Si vero iueris a poſteriori ad prius, erit demonſtratio quod, ſiue euidentiæ, ſiue ſigni. Si vero a cauſa proceſſeris minꝰ nota, quam ſit eius effectus, vt cauſa, præſtabit propter quid, vt minus nota non præſtabit eſſe effectus, cum illud notius ſit ſua cauſa. Atq; hoc verum eſt tam in rebus, quæ habent eſſe firmum, quam in his, quæ conſiſtunt in fieri, vt lunæ deliquium
H &c. quod nam autem ſit exemplum de demonſtratione, quæ dat propter quid ſolum, per te ipſum legas commentum 65. 2. phyſic. id enim omnibus tritū.

Eandem diuiſionem demonſtrationis, ſecundum horū quæſitorum diſtributionē videtur voluiſſe Themiſtius ſuper 2. Poſter. cap. 2. qui potiſſimæ demōſtrationis vim eſſe voluit, in abſoluendis duobus quæſitis, nempe quod, & propter quid. Vtcumque tamen res ſe habeat, il-
I lud te ignorare non oportet, q̄ diſtinctio demonſtrationis ſimpliciter, & cauſæ, interdum ab earum obiectis accipitur, interdum a qualitate medij termini. Cum vero ex obiectis ſeparantur, ſeparantur ratione quęſitorum: atq; ita dicimus, demōſtrationē cauſæ dare propter quid: demonſtrationem vero ſimpliciter, dare nobis vtrumque quęſitum: & hanc differentiam cognouit Zimara, & poſteriores alij, licet eam ignorarit Andegauenſis in ſuis quæſtionibus 12. metaph. quæſtione tertia. At alia extat differentia ſumpta a medio termino, quoniā demonſtratio cauſæ poteſt procedere a quolibet genere cauſæ, etiam non conuertibilis, qualis eſt præſertim cauſa efficiens, & interdum finalis, item poteſt fieri, ex cauſa materiali, vt colligitur ſecundo Poſter. 11. demonſtratio autem ſimpliciter vult cauſam formalem, quæ eſt principium, vt res ſit, & vt intelligatur 9. me- L
ta. 20. & 1. de anima 11. idq; voluiſſe Auerro. conſtat legentibꝰ primo Poſt. commen. 8. vbi ſcribit medium eſſe cauſam rei, & noſtræ ſcientiæ ſimul. Amplius primo Poſte. commen. 34. & 35. vult Auer. quartum modum dicendi per ſe fieri, ex cauſis externis, quas dicit conſtituere demōſtrationem ſigni, vel etiam propter quid tātum, non autem demonſtrationem ſimpliciter: nā hanc ingreditur cauſa interna, materia, & forma, materia, vt M
deferens, forma vero, vt rei, qd̄ quid eſt eſſe. Ad contradictionem vero vide, quæ ſcripſimus ſuper text. 30. Nam eo in loco concordia huius rei habetur.

CONT. CIX.

INTER cætera, quæ in hoc Tex. 41
contex. dicuntur, illud eſt, quòd ſcientia nō habetur per ſenſum: idque videtur Ariſt. adſtruere ratione huiuſmodi: quoniam ſcientia eſt de rebus vniuerſalibus,

A bus, ſenſus vero eſt particularium, inde ſequitur, vt ſenſus non faciat ſcire. Ex quibus habes, ſenſum habere pro obiecto rem ſingularem: ſed ſecundo Poſte. omnino huic contrarium aſſerit, quoniam tex. 26. inquit, ſenſum eſſe rei vniuerſalis, non autem particularis. id itaque videtur manifeſte pugnare cum eo, ꝙ in præſentia dicitur.

SOLVTIO.

ETSI diligenter Zimara eãdem fere difficultatẽ examinat
B in ſuis contradictionibus, attamen neꝙ nobis, neꝙ alĩs eripitur philoſophandi facultas. Itaque prius quàm tollatur vis contradictionis, videndum eſſe puto, quæ ſit ſenſus natura, & facultas, quod ve eius obiectum, atque operatio. Senſus itaque ex his, quæ habet Ariſt. tum in ſecundo, ac tertio de anima, tum in lib. de Senſu, ac ſenſili, potentia eſt corporea, & materialis, ab anima excitata pro cognitio
C ne ſenſilium, & particularium, cuius actio communis eſt, ſentire: intelligo autem actionem ipſum actum ſentiendi. non enim ignoro talem actum, eſſe paſſionem proprie, cum ſentire ſit pati, ſecundo de anima 118. Hunc autem ſenſum eſſe de genere paſſiuorum, oſtenditur ſecundo de anima 51. 52. 59. 60. & tertio de anima 18. & 7. phyſic. 12. in quã ſentẽtiam venit ampliſſime Alexander, & omnes recte ſentientes. Item illud non ommittendum, ſenſum quemlibet modo D
actu, modo potentia ſumi ſecundo de anima 52. & 138. cum autem actu eſt, eius opus eſt ſentire, cum vero potentia aſſumitur, eius opus eſt, ſentire poſſe. Huius obiectum eſt ſenſibile, hoc eſt proprium proprij ſenſus, & commune communis. Vtrumque vero fuerit, ſenſus non percipit aliud quàm ſenſibile. non enim attingit eſſentiam vniuerſalem rei, quoniã id pertinet ad aliam facultatem, hoc eſt
E intellectum, vt ſcribitur ſecũdo de anima 63. eſt autem ſenſibile, intẽtio individualis alicuius decem prædicamentorum, quod & ſecundo de anima dicitur, 63. & Auer. confirmat tertio de anima 6. 20. 33. Addendum quoque illud eſt, ꝙ cum ſenſus ſenſibile recipit, id recipit abſqꝫ materia, non aliter quàm faciat ſigillum cæra. hęc enim ſigilli formam recipit, quæ in illo eſt, abſque ſigilli materia. id ample licet cognoſcere, ex ſecundo de a-
F nima 121. & 138. quẽ locum adeo diligenter interpretatus eſt Themiſtius, ſecundo de anima, cap. 20, 22, & in lib. de memoria & reminiſc. ca. 11. vt nil amplius in ea re deſyderari poſſit. Idem confirmat Alexander in explicatione de anima, eo in loco, vbi de ſenſu communi pertractat. Nam cum viſus (ille inquit) colores videt, neꝙ albeſcit, neque nigreſcit: quod etiam repperit, vbi diſſerit de phantaſia in ſecũ

do

G do de anima. Postremo & illud animaduertas studiose adolescens, ꝙ in sensu quocunqꝫ tria hæc considerãda sunt, sensile, vis sentiẽdi, & actus. Est autem sensile obiectum: vis sentiendi, facultas: actus vero est, sentire. Nam visus est sensus, color obiectum: vis visoria facultas: videre, actus. Ex quibus optime sequitur, ꝙ visus, cum sit potẽtia tota sensibilis, & color eius obiectum, non autem hic, vel ille color, necesse est, vt sensus in ratio
H ne potentiæ ad obiectum comparatus, sit de re vniuersali, non particulari. Nam si obiectum visus esset hic color, alium non reciperet, aut sentiret: quod tamen dici non potest, cum omnem colorem videat, & de alijs idẽ sensibus dicimus. At visus comparatus suo actui, qui est sentire, est de re singulari, quoniam dum in actum defertur singulares intentiones apprehẽdit, tum quia rerum naturalium actus sunt singularium, primo meta. quinto,
I quo modo sensum dicimus, esse de rebus singularibus. Ad hoc plurimum facit, quod scribit Auer. secundo de anima 65. inquit enim, si sensus pateretur ab aliquo indiuiduo, vti indiuiduum est, ab alio pati non posset. Et ratio est, ꝙ sensus in patiendo licet sentiat vnicum indiuiduum, non tamen illud vnum est sibi tantum, obiectum. Arist. itaqꝫ (vt tollat contradictio) in præsenti tex. cõsiderat sensum comparatum suo actui, qui est sentire, & hoc modo indiuiduorum est, non autem vniuersalium: & sic sensus non facit scientiam: quoniam hæc vult res vniuersales, quæ ab actu intellectus cognoscuntur. Cum vero dicit in secundo Poste. ꝙ sensus est vniuersalis, intellige in ratione obiecti, vti communis est potentia ad plures actus singularium cõparata. Sic enim nullam inuenies de hac ipsa re, ambiguitatem. K

CONT. CX.

EXTAT in eodem contextu, & alius locus, postquã enim Aristo. dixerat, ꝙ sensus non facit scire, id exemplo huiusmodi confirmat, nam inquit, ex vno particulari non fit scientia, quare & si supra lunam existentes videremus obiectam terrã, non vtique sciremus causam defectus: sentiremus enim nunc, ꝙ deficit, & non propter quid omnino: non enim erat sensus ipsi⁹ vniuersalis, sed ex eo, ꝙ speculamur hoc plerunque contingere, vniuersale vtique venati demonstrationem habebam⁹, ex singularibus enim pluribus vniuersale manifestum. Ex his liquido constat, scientiam non fieri, neqꝫ vniuersale ipsum ex vna particulari causa. At mirum est, ꝙ huic oppositum expresse dicat secundo Post. primo, vbi nõ solum contrariam affert sententiam, verum etiam in eodem exemplo pugnantia dicit. Etenim eo in loco declarans omnẽ quæ L Te. 48 M

stionẽ

A ſtionem eſſe propter medium, inquit, id maxime patere in rebus ſenſibilibus, & particularibus: in quibus, ex vno particulari ſenſibili, efficitur vniuerſale, datque exemplum, his verbis: quæ a me iccirco referuntur, vt ſtudioſi facilius contradictionē cognoſcant, ac iudicent. Si vero eſſemus ſupra lunam, non vtiq; quæreremus, neque ſi fit, neq; propter quid, ſed ſimul vtique manifeſtum fuiſſet, ex eo enim quod ſentitur, & vniuerſale, no
B bis factum eſt ſcire. ſenſus nāq; eſt, q; nunc obſtruitur: manifeſtum enim, q; nunc deficit: ex hoc autem factum vtiq; fuit vniuerſale. loca ita hæc ſeſe feriunt, vt nulla ratione conuenire poſſe videantur.

SOLVTIO.

VIDETVR hæc omnis difficultas in eo conſiſtere, vtrum ex vno particulari ſolo poſſit intellectio produci ab intellectu. Vbi notandum venit, q; ſpecies vniuerſales ſunt duplices. Quædā
C enim habent vnicum ſub ſe indiuiduum, vt Deus, Mundus, Sol, Terra, &c. quędam vero habent plura indiuidua, vt ſpecies humana, & aliæ ſimiles. Omnes vero ſunt ītellectus obiecta, vti a ſuppoſitis particularibus abſtrahuntur. Verum in hac abſtractiōe facilius intelligitur ſpecies habens plura indiuidua, quàm ea, quæ vnicum habet tātum indiuiduum: quoniam cū ſpecies intelligibilis ſit ſimilitudo omnium indiuiduorum, faci D lius ea ſimilitudo cognoſcitur in multis, quàm in vno tantum: quoniam phantaſia excitata a diuerſis ſingularibus, facilius elicit phantaſma, quod poſtea opera intellectus habet fieri vniuerſale. Cum autem ſub ſpecie vnicum eſt indiuiduum, tunc intellectus etiam excitatur a phantaſia concipiente illud indiuiduū, ad ſeipſum bis, ter, atq; ampliꝰ comparatum, & ita fit vniuerſale ex vnico illo ſingulari, concur
E rente imaginationis opera. id autem primum colligitur, ex Porphirio cap. de ſpecie, vbi dicit, omnem ſpeciem prædicari de pluribus indiuiduis, cum tamen conſter, dari ſpeciem, quæ vnicum habet indiuiduum. At hoc veritatem non haberet, niſi ſpecies vnius indiuidui, poteſtate logica, & ſupplente imaginatione, prædicaretur de multis. Item Ariſt. primo Poſte. 11. dicit decipi illum, qui de ſole, aut mundo demonſtrat aliquid
F & putat ſe vniuerſaliter demōſtrare, cum de eis, vti ſingularia ſunt quicquam demonſtrat. Nā inquit, eſſe demonſtrandam de illis paſſionem, vti ſpecies ſunt, non vti indiuidua ſunt. Sequitur itaque, vt hæc habeant rationē ſpecificam, poteſtate contētam in vno indiuiduo, quod ſæpius per imaginationem cōceptum, occaſionem præſtat intellectui, vt tanquam ſpecies vniuerſalis ītelligatur. Quod vero id poſſit

im-

G imaginatio facere, ſatis cognoſcitur ab experiẽtia, nam ſępius viſo eodem particulari ſolo, vel phantaſia concepto, efficitur in nobis vniuerſale. Amplius ſecundo de anima 153. ſcribitur imaginationem poſſe imaginari formas illas, quarum indiuidua nunquam ſenſibus cognouimus: quod ſi eſt, quanto magis id faciet de forma, cuius vnicum indiuiduum ſentimus?

Dicimus itaque ad contradictionem, voluiſſe Ariſto. in hoc
H 43. ex ſingulari non fieri ſcientiam vniuerſalem, ſemel cognito per ſenſum, & abſq; imaginationis negocio, fieri tamen ſcientiam poſſe de ſingulari, vti ſępius ſentitur, vel vt opera imaginationis ad ſeipſum pluribus vicibus comparatur. Hanc autem voluiſſe ſententiam Ariſto. perſuadet primum Lynconienſis, hoc in loco, dicens, q̃ ſenſus, vti ſenſus, non eſt cauſa ſcientiæ, neq; rei vniuerſalis, ſed
I eſt ſola occaſio: id autem intelligitur verum eſſe, de ſenſu, abſque alia potentia, cum eo coniuncta. Ad hæc etiam pertinet id, q̃ait Philoponus ſecundo Poſte. primo, nam exponens illud exemplum de lunæ eclypſi, inquit, ex eo enim, q̃ ſenſu ſentimus, & hoc ſępius fieri videm⁹, concludimus, lunam deficere. Ex eo vero particulari, quod ſępius fieri cognoſcimus, efficitur in nobis ſcientia vniuerſalis, q̃ omnis lunæ eclypſis fit terræ interuentu. Idem voluiſſe Themiſtius in vtroque loco, primi, ac ſecundi Poſt. indicant apertiſſime eius verba. Nam explicans ea, quæ hic dicuntur, & eſt loc⁹ apud Themiſtium, primo poſt. cap. 46. ſic dicit, omnis profecta demonſtratio, ac veritas efficitur a ſenſibus: neque enim vniuerſale intelligi poteſt, niſi id oriatur, ex multis ſenſuum functionibus, &c. at ſecundo Poſt. cap. ſecundo, exponens locum facientem contradictionem, inquit, neque id aſſero, vt intelli- L
gam idem eſſe, habere cauſam, & ſenſibus cognoſcere: ſed quia ſenſibus vniuerſale venamur, & ad ſcire ipſum proficiſcimur.

Ex quibus vult cauſam vniuerſalem ſenſu non cognoſci, licet intellectus a ſenſibus excitatus, ad cauſam vniuerſalem tendat, nam ſenſus eſt intellectiõis occaſio. Sed & Auerr. commẽto 182. quod plurimis documentis ſcatet, eandem Themiſtĩ ſententiam æmulatus, dicit, ſi eſſemus ſuper lunam, adeo, q̃ ſenti M
remus, q̃ deficit, ob terræ interuentum, non ſciremus cauſam cuiuſcunque eclipſis, vt eclipſis, ex parte ſenſus, ſed ſenſus daret nobis hui⁹ particularis eclipſis cauſam tantum. quoniam ſenſus comprehendit rem particularem, non vniuerſalem, q̃ ſi efficeretur cognitio vniuerſalis de eclipſi, id fieret ab intellectu nõ ſenſu: & hoc præſertim cum fit ſenſus reppetitio. licet autem ex

his

A his verbis Auer. iam pateat solutio, ad veritatis vero efficaciorē comprobationem, videre & hęc alia poteris secundo Poste. commento 7. vbi Auerr. interpretatur locum facientem contradictionem, inquit enim, dubitans cur Aristo. velit ibi sensum posse efficere in nobis cognitionem vniuersalis, nam q quærit est ipsa vniuersalis causa, sensus vero facit solam cognitionem particularem: sed, inquit Aristotelē id dixisse, quoniam voluit, vt
B ob sensationem, adueniat intellectui res vniuersalis, quoniam ex nostro imaginari hoc particulare, aduenit intellectui illud vniuersale, quod inest huic particulari. Sed ne laborem in re summe perspicua, finem dicendi faciam.

CONT. III.

Tex. 44 EXPLANANS Aristo. habitus intellectus, videtur eos enumerare octo, & sunt, opinio, scientia, ars, ratio, prudentia, sapien-
C tia, intellectus, & solertia. Sed lib. sexto Ethicorum cap. 4. longe aliter videtur hæc ipsa enumerare: siquidem eo in loco nominat suspicionem inter habitus, quam hic non explicat. & hic, enumerat discursum, & solertiam, de quibus in sexto Ethicorum nihil loquitur. Ex quo quispiam credet Aristotelem pugnantia dixisse.

SOLVTIO. D

VT diligenter hanc postremam contradictionem de medio tollamus, non erit ab re, cognoscere, vim, naturam, significationem, & differentiam horum, de quibus agimus, habitum. Inde enim facile constabit, quid hic voluerit Aristo. quidq; in libris Ethicorum. Primum autem est animaduertendum, q habitus intellectus, siue humanæ rationis, comparatus ad syllogismum, communi omniū consensu, triplex esse dicitur. E
Vel enim simplicium rerum cognitio est, cui liber prædicamētorum respondet, qui eatenus ad syllogismum refertur, quatenus ille ex terminis constat. secundus est habitus, qui dicitur, compositio, & diuisio, siue affirmātio, & negatio, cui respondet liber de interpretatione, qui ob id pertinet ad syllogismum, quoniam syllogismus, ex propositionibus efficitur, quæ vel affirmant, vel negant. Colliguntur
F hi duo habitus, ex Aristotele libro tertio de anima. Est & tertius habitus, qui dicitur a nostris, discursus, siue etiam ratiocinatio, cui cęteri omnes libri logicæ facultatis referuntur. Sed hic videtur rursus quatuor modis considerari posse. Vel enim est ipsamet syllogizandi forma nulli relata materiei, cui respondet liber Priorum resolutoriorum, quæ forma, proprie rationis est opus, dicitque is habitus di-

G discursus,& ratio. Vel etiam est syllogismus in materia necessaria,quem ratio coniuncta intellectui,constituit, ex quo habitus ille efficitur, qui dicitur, scīentia, de quo diligenter agitur in lib. Posteriorum. Tertio loco est syllogismus in materia contingente,quem ratio coniuncta opinioni producit,a quo ille habitus oritur, qui opinio vocatur.hunc autem tradit Aristo.in Topicis. Postremo est syllogismus in materia impossibili, &
H falsa, quem ratio parit phantasiæ annexa,ex quo aggeneratur ignorantia, ad quem pertinet liber de sophisticis Elenchis. Quo habito,cessat omnis logicę inquisitio. Qua vero ratione, oriantur hi habitus per coniunctionem rationis,siue discursus, vna cum intellectu,opinione,& phantasia non est præsentis negocij differere:de his enim ample,& diligenter agit Philopon⁹ in sua prefatione libri Priorum,
& in eodem lib. cap. primo su-
I per definitione syllogismi. Nūc autem sufficiat dixisse, tot esse habitus, comparatos ad syllogismum,& eius partes, & particulas, de quibus sane habitibus tota logica ars sermonem facit.

Moralis vero habitus ipsos alia ratiōe distinguit, nam alios dicit, semper considerare id, ꝙ verum est,alios vero esse,qui ad verum,& falsum referuntur. Priores quinque sunt, & vocantur,ars,prudentia,scientia,sapiētia,intellectus:posteriores duo, K
suspicio,& opinio. Siquidem ars,prudentia,scientia, sapientia,& intellectus, cum directionem rationis præbeant, tenentur veritatem tantum cognoscere,Contra vero suspicio,& opinio, ob earum ambiguitatem, & inconstantiam, æque se habent ad verum,& falsum, neq; rationem magis in hanc, quàm in illam partem flectunt.qua ratione ductus Simplicius primo de anima primo,dixit, sciētiam esse cognitionem certam,incer- L
tam vero opinionem,quod etiā habet Arist.in hoc 44. Sed ne te fugiat,opinionem, & suspicionem esse in rebus contingentibus, quemadmodum etiā sunt ars,& prudētia.differt vero ars a prudentia,quoniam ars est habitus factiuus, prudentia vero actiuus:item huius eligibilia,illius factibilia sunt obiectum. Accedit, ꝙ prudentia ad morales habitus pertinet, quoniam virtutis actum dirigit. Qui er
go de contingentibus rebus ha- M
bitus dicūtur,tot dicti sunt: qui vero sunt de rebus necessarijs, vocant scientia,intellectus,& sapientia.Sed scientia est habitus conclusionum, vt habetur primo Post.6.intellectus est habitus principiorum, quod habetur eodem in loco,& primo Poste.36.37.& secundo Poste.in fine.sapientia vero in causis diuinis versatur,& est cæterarum scientiarum domina, vt colligit pri-

A primo Poſter. 23. & 27. Præter hos habitus, extat & ille, qui dicitur ratio, ſiue diſcurſus, cuius opus eſt a notis ad ignota ratiocinari, quod ſatis ample docet Auer. primo Poſte. primo, & in principio Epith. logical. eſt autē diſcurſus rei ignotæ aſſertio, ſiue verificatio, fitq; ab ea animę facultate, quæ ignota, ex ignotis colligit argumentando. Solertia vero eſt, facilis, atq; expedita mediī inuentio, quod Ariſto. dicit hoc ī loco: poteſtq; ad diſcur
B ſum, ſiue ratiocinationem referri, cum mediī inuentio ſit præcipua pars argumentationis. Materia vero rationis, & ſolertię eſt res tam neceſſaria, quam contingens, nam ratio æque diſcurrit in neceſſariīs, vti in probabilib⁹: ſolertia vero itidem facit: indicant id exempla Ariſt. in textu. inquit enim ſolertem, vbi viderit lunam ſplendere ex ea parte quæ ad ſolem vertitur, ſtatim af
C ferre cauſam illam, q; a ſole lumen capiat: hoc autem exemplum, ī re neceſſaria eſt, cum vero, inquit, viderit ſolers, contendentem cum diuite, ſtatim reddit cauſam huiuſce rei eſſe, q; dives fæneratur. id autem eſt ī materia contingente. Quomodo vero hi habitus, ſiue potentiæ (nam hęc potētias appellat hoc in loco Philoponus) in diſciplinis conſiderentur, facile eſt cognoſcere. Si. n. ars, & prudentia ſunt in contingentibus, & practicis, op⁹ eſt, vt de his agat moralis philoſophus: quod Ariſto. D
hic dicit, & in 6. & hic. exequit: licet D. Thomas hic dicat, prudētiā a morali cōſiderari: artē vero a Metaphyſico, vna cū ſcientia, & ſapiētia: intellectū vero, & rō nē a naturali, in lib. de aīa. Philopon⁹ vero ſic ordinat hos habitus: ars, & prudētia ſunt moralis ſciētię: intellectus, & ſapiētia metaphyſicæ: ſciētia, rō: & opinio, logicæ, & phyſicæ. Auer. aūt cō mē. 202. longe aliter diſtinguit: nā, inq;t, intellect⁹ ſpectat ad naturalē: ars, & ſciētia inueniunt a E
rōne: dīiā vero ſcīæ, & opiniōis cognoſcit logicus, & naturalis. Ex quib⁹ cōſtat, hæc, q̄ dicit Ariſt. fuiſſe quaſi ad libitū cuiuſcū; q; explicata: nec verent interptes (vno excepto Auer.) addere ptер illa, q̄ Ariſt. dicit, ēt metaphyſicā, quā ſilētio forte ptерīt, cā breuitatis. itaq; ſic libeat, ī tāta opinionū varietate dicerē, moralē cōſiderare artē, & prudentiā, cū ſint habit⁹ practici rerum cōtingētiū, et gra finis alicuius: q̄uis differāt, q; ars ē habitus fa F
ctiu⁹, prudētia vero actiu⁹: item ars certū hēt, & terminatū finē, vt Philoponus docet, prudentia incertū, & īdeterminatū. Metaphyſicus vero, & ſapiētiā, & intellectū cōſiderat, in minore Alpha, vt author ē Philoponus, addas tī intellectū poſſe ēt cōſiderari a logico, vti ē habitus principiorū, qđ cōſtat 2. Poſt. ca. vltimo, itē intellectū cōſiderat naturalis in 3. de aīa, vti potētia ē,

G vel recipiẽs, vl agẽs ĩtellectionẽ. Naturalis vero cõſiderat rõnẽ ĩ lib. de aĩa, cũ agat de aĩæ rõnalis potẽtiꝫs. Logicus vero cõſiderat ſcĩam, opinionẽ, & ſolertiã. Nã ſcĩam in lib. Poſt. ferè vniuerſo. opinionem, vti ex pbabili fit ſyllo in Topicis, ſolertiã in hoc loco. ſuſpicio vero cũ opiniõe, ẽ ordinãda, nã hæc rõne differunt tm̃. Ad cõtradictionẽ vero dicẽdũ, Ariſt. nõ ſibi repugnare ĩ illa varia habituũ enũeratione, qm̃ aliud eſt ſibi ꝓpoſitũ in 6. Ethi. H aliud hoc in loco. Etenim ibi, habitus diſtinguit quiꝙ, qui de vero ſunt, a duob⁹, qui de vero, & falſo dicunt. Nũc aũt volẽs ſciẽtiã diſtinguere ab opiniõe, accipit cõem rõnẽ de opiniõe, & ſuſpicione, ob dictã cãm. addit autẽ ſolertiã, q̃ ꝓpria logici eſt, & iccirco de ea nil dicit in moralibus. Sed adhuc dubitabis: ſi rõ ẽ habitus verus, cur eã inter habitus veros, nõ cõplexus ẽ Ariſt. 6. Ethi. cap. 4. vbi agit de habiti I bus veris intellect⁹? dicerẽ, ꝙ rõ ſiue diſcurſus, nõ erat in ꝓpoſito in lib. Ethi. qm̃ inibi vult habit⁹ veros ſm̃ ſe, nõ aũt ꝑ applicatiõnẽ ad aliud, cuiuſmodi ẽ diſcurſus, qui verus eſſe nõ põt, niſi annectat intellectui, aut opinioni. Quod, vt facilius conſtet, venit notãdũ, ꝙ rõ, dum ex ſe ſola diſcurrit, nullũ recipit verũ, neq; falſum, nã eo in caſu nullã continet materiã, de qua veritatẽ, vel falſitatẽ enunciet. Exẽplũ eſt, ſi K dixero, B eſt A, C eſt B. igitur C ẽ A. hæc. n. humana rõ, abſq; vero vel falſo, ex p̃miſſis rõcinando colligit cõcluſionẽ, & eſt ille diſcurſus, quẽ nr̃i formalẽ appellant, a logico cõſideratũ in Prioribus reſolutor̃ꝫ. Quôd ſi hæc ſyllogizãdi rõ cũ intellectu iungatur, & ab eo principia ꝑ ſeſe euidentia capiat, efficit demõratio vera, & neceſſaria: ſi aũt iungat cũ opinione, & ab ea ſumat probabiles ꝓpõnes, inde orietur ſyllus dialecticus, habens verita L tẽ pbabilẽ. Ecce, ꝙ rõ ſi vera eſt, nõ ẽ rõne ſui, ſed vti coniuncta cũ intellectu, vel cum opinione, quamobrẽ hæc nihil ſpectabat ad propoſitum Ariſt. eo in loco. Hic vero nominata eſt, quia pertinet ad naturalem, vti in ſuperioribus dictum eſt: forte etiam pertinet ad logicũ: ſed ad naturalem, vti animæ vis eſt, ad logicum, pro eius actu, qui dicitur diſcurſus, conſideratus ſecundũ ſe in lib. Priorum, ſecundum vero applicationem in aliꝫs libris. M

Tu tamen pro cognitione exacta horum habituum, præter ea, quæ hic adnotauimus, vide quid hic afferat D. Thomas, & Philoponus: necnon pauca quædam requiras in græcis noſtris adnotationibus.

FINIS.

BERNARDINI TOMITANI PATAVINI

In Nouem Auerrois Quæsita Demonstratiua Argumenta.

ARGVMENTVM

In 1. Quæsitum, De triplici genere definitionum, in ordine ad demonstrationem.

CONSIDERAT Auer. ea, quæ ab Arist. ipso dicta fuere, tũ in primo lib. Poste. tex. 22. tum etiam 2. Poste. tex. 10. Quibus in locis habetur triplicem esse definitionẽ: vnam, quæ dicitur, principium demonstrationis: secũdam, quæ conclusio est, & tertiam, quæ demonstratio, solo situ differens appellatur. Causa huiusce cõsiderationis fuit multiplex. In primis, q̃ hæc inquisitio fere a græcis scriptoribus fuit prætermissa: nam Themistius 1. Poste. cap. 19. & 2. Post. cap. 12. ea sola contentus fuit partitione, q̃ materialis definitio concludi possit per formalem, & ex vtraq̃ fieri definitionem, quæ solo situ differat a demonstratione. Cæterũ & Eustrathius nil aliud hoc in negocio visus ẽ tradidisse, quàm hoc, q̃ demonstratio interdum largiat affectionẽ de subiecto, interdum definitionem imperfectam, & potentialem, hoc est ductam a materia. Secunda causa huiusce disceptationis erat cõmunis opinio, quæ per omnia tempora voluit demonstrationem concludere passionem propriam de subiecto: quod etiam colligitur ex Arist. 1. Post. tex. 2. 20. 24. 25. 43. sed & Auerr. vbiq̃ locorum testatur demonstrationem esse de accidentibus locasunt 1. Post. commen. 56. 2. Post. 12. 41. 47. 94. quæsito 3. Quãobrem difficile vr̃ posse dici demõstrationem concludere definitionẽ. Alia cã fuit q̃ in 2. lib. Post. a tex. 2. vsq̃ ad 10. comprobat Aristo. plurimis rõnibus definitionem nullo pacto cõcludi posse, neq̃ syll'o, neq̃ demonstratiõe, neq̃ alijs generibus rõcinandi. Accedit, q̃ in philosophia cõtingit interdum definitionẽ vnam, ex alia concludi, vt cõstat legentibus 2. lib. de aĩa tex. 12. vbi aĩæ definitionẽ vnã ex alia rõcinat Arist. & 3. Physi. tex. cõ. 23. concluditur vna definitio motus ex alia. Postremo excitatus ẽ Auer. ad hãc qõnem dissoluẽdam, ob falsas, & deuias aliorũ opiniões,

G quas confutat, ac præſertim Alpharabij, & quadam ex parte Hippocratis. Præſens vero diſputatio in ſeptem propoſitionibus, ſiue concluſionibus præcipuis, & capitalibus conſiſtit. Prima eſt. Definitio ex Ariſtot. omnis triplex eſt, principium demonſtrationis, cõcluſio eiuſdẽ, & demõſtratio ſolo ſitu differẽs.

Secunda. Quoties Ariſt. ĩquit definitionem concludi, non poſſe, hoc intellexere Alpharab. & Hippocra. de perfecta: idq; de-
H ſtruit Auer. nam ad idem cõducit abſurdum, de definitione imperfecta, vt de perfecta adducit Ariſt. ſecundum ipſos. Tertia eſt. Sylli non dant maius extremum de minori, niſi in medio accipiatur definitio, atque inde neceſſario efficitur, vt ſit petitio principij. Quarta eſt. Si definitio, quæ concluditur, perfecta ſit, vt illa, ex qua concludimus, iam duæ eſſent eiuſdem rei perfectæ definitiones, quod demõſtrauimus non audit: item fieret
I petitio. Si vero duæ illæ definitiones re ipſa, vna fuerint, differentes tamen voce, tũc erunt ſynonimæ, & ſic rurſus fiet petitio. Quòd ſi perfecta concludat imperfectam, tunc demõſtratio præbet illam imperfectam, ex accidẽti, nõ aũt, vt definitio eſt.

Quinta eſt. Defintio, vt definitio educitur, non aũt cõcludit p ipſam demrationẽ. Sexta eſt. Si quæſitũ det definitionẽ, nõ ſequit tñ, vt definitio cõcludatur demrationẽ p ſe primo. Nã p ſe K
primo illatio ipſa cõcludit pdicati de ſubiecto. Verum illi accidit prædicato, vt ſit definitio, & ſic p accns ẽt imperfecta concluditur definitio. Septima eſt. Demonſtratio, quæ dat eſſe rei, ac eius definitionem, eſt demra tio ſimplr, qm largitur eſſe, & cãm rei, dummõ ſit tota rei definitio, & non ſola pars. Quodq; hoc verum ſit, teſtatur Auer. tã in demrationе aſſerente nobis ꝙſitum ſimplex: quã cõpoſitũ: & in hac poſtrema dupliciter: d L
qua re, plurima afferunt exempla, quæ in ipſo quæſito perlegẽda ſunt, & oĩno diligenter ſunt conſideranda. Ex his vult Auer. nos cõcludere definitionẽ p ſe nõ poſſe demrari, ſed ex accñte, at non ex accñte, ſed per ſe educi per demonſtrationẽ, tã ſimplicẽ, quàm cõpoſitã, dummõ perfecta, & abſoluta ſit demra tio. Verũ, p hac materia legatis Auer. 1. Poſt. cõ. 64, & 2. Poſter. commen. 44. vſq; ad 48. nec mirum id vobis videatur, q; ĩ hiſce
M quæſtionibus dilucidandis, loca recenſeam, nam id primum vtilitatis veſtrę cauſa facio: deinde, vt conſtet verum eſſe, id qd ſæpiſſimæ ſum vobis dicere aſſuetus, hæc Auer. quæſita, complecti ea omnia, quę Ariſt. in Poſterioribus analyticis explicauit, item ea, quæ Auerro. ſub digreſſionum forma in commentarijs illorum librorum complexus eſt.

AR-

ARGVMENTVM
In II. Quæſitum, De medio demonſtrationis.

NObiliſſimam, ac diffi
cillimam omnium
quæſtionum logica-
lium proponit hoc ī
loco Auer. diſcutiendam. Quid
n. deſyderari magis ſolet, aut
quid inter omnes Ariſtot. inter-
pretes magis agitatum fuit, ea
quæſtione, quæ de medio termi
no dicitur? plane nihil. itaq; cū
B Auerr. diligenter ea propoſuiſ-
ſet ſibi ante oculos, quæ ab Ari-
ſto. de medio termino dicta fue
re, tum in primo de anima text.
11. tum in quarto phyſic. 31. nec
non 1. Poſte. tex. 5. vbi medium
vult omnino eſſe cauſam, & ſe-
cūdo Poſt. tex. 8. quo in loco ſcri
bitur, medium eſſe rationē ma-
ioris, ſiue primi termini, deinde
conſideratis his, quæ a Græcis
authoribꝰ dicta fuere de medio,
obſcura ſatis, & conciſa, nā The
miſtius 2. Poſt. cap. ſuo 30. atq;
C etiam Euſtrathius in ſecūdo Po
ſte. contenti ſunt dixiſſe, mediū
eſſe cauſam paſſionis, ob id in
hoc quæſito lucem huic tā ma-
gnæ difficultati prębet, redditq;
eam adeo perſpicuam, & mani
feſtam diſputatic nem, vt nullus
ampliꝰ relīquatur hæſitādi locꝰ.
Quæ diſceptatio licet habeat ēt
1. Poſte. cōm. 11. hic tñ latius, &
copioſius habetur. Origo qōnis
eſt, qm̄ 1. Poſte. tex. 5. & 30. item
2. Poſt. 1. 8. 9. 10. 11. dr̄ demōſtra
tionē fieri ex medio, qui ſit cau- D
ſa: iccirco quæritur an ille ſit cau
ſa maioris termini, hoc eſt præ-
dicati, an minoris, hoc eſt ſubie-
cti. dicerēt Latini noſtri, nūquid
ſit cauſa, & definitio ſubiecti, vl̄
paſſionis. Auer. vero in hoc quę
ſito primum examinat opinio-
nem Alphara. qui voluit mediū
terminum in demōſtratiōe ſim
plr̄, quæ dat cām, & eē; cōſtitui
poſſe trifariam: hoc eſt, aliqñ eē
cām, & definitionē ſubiecti, ali-
qñ prædicati, aliqñ vtriuſq;: qd̄
etiam teſtatus eſt 1. Poſte. cō. 11. E
Auicenna vero longe aliter exi-
ſtimauit. ipſe. n: demōſtrationē
ſimpl'r ſm vnam ſui ſpēm vo-
luit habere medium, qui ſit cā eſ
ſendi maius in minori, hoc eſt, q
ſit cauſa, vt maius inferatur de
minori extremo, & q ſit cauſatꝰ,
hoc eſt, pductus a maiori extre-
mo. Sed Auer. non admittit,
ſimpliciter demonſtrationē poſ
ſe dici, eam cuius medius ſit cau
ſa minoris extremi tm̄, quod rō
ne cōprobat, neq; itē eſt cā am- F
borum extremorum, niſi ex ac
cidenti, neq; ēt eſſe cām, vt maiꝰ
inſit minori ſolum, quæ oīa rō-
nibus, & exemplis ſenſatis nitit
oſtendere. Reſoluit aīt veritatē
in ſeptem propoſitiones, ſiue re-
gulas. Prima eſt, q ſcientia defi-
nita ab Ariſt. 1. Poſt. 5. & primo
Phy. primo eſt ſcientia, quæ ha
betur per cauſam rei, nō autem
per cauſam accidentalem: & ideo medius terminus debet eē
cauſa rei per ſe, & vt res ipſa ſit.

G Secunda eſt. Medius terminus eſt cã per ſe primo, vt maius inſit minori. Tertia eſt. Quæſita & cãæ quæſitorum debent eſſe de oĩ, & vniuerſales vniuerſalitate prima, quæ dicitur vt ipſa: & per conſequens ꝓpõnes demonſtratiuę erunt reciprocę, & conuertibiles. Quarta eſt, medi⁹ terminus eſt cauſa, vt maius ſit ſm ſe, deinde, vt inſit minori ex tremo, quod idem eſt, ſi ſit cauſa rei, atq; illatiõis. Quinta eſt. Cauſa accidentalis non prẽſtat
H nobis veram ſcientiam, nã vera ſcientia efficitur ex cauſa illa tãtum, quę dicitur per ſe cauſa, & hæc eſt cauſa rei. Sexta eſt. Syllogiſmus ille non eſt demonſtratiuus, ſed veridicus tantum, qui non largitur ſciẽtiam verã, quę ſit ex cã accidentali: qui vero ſcientiam parit, ex cauſa per ſe, digniſſimus eſt omnino, vt demõſtratiuus dicatur. Septima eſt. Demonſtratio proprie dicta cõſtat propoſitionibus de oĩ, hoc eſt ita de omni, vt etiam ſint per
I ſe, & vniuerſales. Prima concluſio accipitur ab Ariſt. tex. 5. in definitione ſcire. Secunda colligit̃ ex eodem tex. vbi habetur demonſtrationẽ eſſe ex cauſis concluſionis. Tertia, ex tex. 11. 12. 13. 14. 15. 1. Poſte. Quarta cõſtat, ex ratione, quam facit Auer. Quinta ſumitur, ex 1. Poſte. tex. 9. vbi dr̃, cãm accñtalem, non elargiri ꝓpter quid. Sexta hr̃ in tex. 5. 2. Poſte. & 2. Poſt. 12. Septima patet a tex. 7. 1. Poſte, vſq; ad 15. His iactis colligit commentator K hanc concluſionem præcipue ꝓpoſitam, q̃ demonſtratio potiſſima, quæ dat cauſam & eẽ, medium habeat, qui dicatur cã maioris extremi, hoc eſt cauſa rei, & vt maius inſit minori. Item, q̃ ſit cauſa vna, hoc eſt, quæ vnius rei vnica ſit, & perfectiſſima, ac metrum, & menſura aliarum, in ſuo genere.

ARGVMENTVM

In Quæſitum III. De conditionibus præmiſſarum demon L
ſtrationis.

DE conditionibus ꝓmiſſarum demõſtratiuarum, inſcribitur hoc tertium quæſitum, ob eam ſane cauſam, q̃ in eo quæruntur attributa, & conditiones, quibus ipſa demõſtratio ſimpliciter cõficitur, ſeparaturq; ab his, quæ nulla rõne dici pñt ſimpliciter demonſtrationes. Huiuſce diſputationis cãm attulit Alpharabĩ opinio, quæ ad tantã dicendi licẽtiam peruenerat, vt M ſine vllo iudicio, ac diſcrimine concederet vnumquẽq; demõſtrare poſſe facile, atq; expedite, ac ſi demonſtratio leuiſſima res ſit, & paratu facillima. Id aũt nõ eſſe teſtatus eſt Ariſt. 1. Poſt. tex. 5. vbi eos deridens, qui circularẽ demonſtrationẽ eſſe aſſerebant, ſcribit id eſſe abſurdum, qm̃ demonſtrare eſſet leue. Amplius 1. Poſt. 24. expreſſe fatetur difficile eſſe aſſequi ſcientiam demõ

ſtra-

A stratiuam. Verum Alpharab. amplificans copiam demõstrationum, voluit plerosq; sylłos dici demonstratiuos, qui vix topici, aut etiam sylłi dici poterãt. id vt pateat, procedit Auerro. in hoc quæsito singulari ordine, ac miro iudicio, hunc in modum. Primum. n. tres illas colligit conditiones, quibus oĩs demr̃atio simpl'r constat, de quibus Arist. locutus est 1. Poste. tex. 7. 8. 9. 10. & 11. nempe, q̃ demõstratio cõstet, ex necessarijs, per se, & primis, vultq; aggregatum, ex his conditionibus tribus dici posse de omni, nam dici de omni pressissime Auer. accipit, id. n. est sibi familiare. Cum vero prædicatum primum illud sit, quod potissimũ pertinet ad perfectã demonstrationem conficiendã, ob id secundo loco declarat, q̃d nam sit prædicatum primum. Vt hoc latius pręstet, tres qõnes proponit dilucidandas. Prima est, an conditio prædicati primi competat oĩbus demr̃onib⁹ simpliciter dictis? Secũda, an conueniat, tam præmissis, quàm conclusionibus demõstratiuis? Tertia, si hęc conditio competit omnibus, cur postea assignantur in speciali diuersæ conditiones demonstrationum, item cur ponit significatum primum peculiaris conditio magis huius, quàm illius demr̃onis? Tertio loco aggreditur qõnũ examinationẽ, & initium sumit ab Alpharab. opinione, qui voluit primũ esse B C id, quod non prædicatur de gñe sui subiecti, item voluit prędicationem gñis esse primam, tum & accñtium illorum, in quorũ definitiõibus assumit genus subiecti. Ex quo illud patet, q̃ fm Alpharab. erunt prædicata demonstratiua, genera, & accidentia cõia, quemadmodum, & ꝓpria, & dr̃iæ ipsæ, quod postea constabit esse absurdum. de hac Alpharabĩ opiniõe extat digressio in 1. Post. commen. 36. & 53. & 2. Post. commen. 94. Quarto ordine Themistĩ sententiam adscribit. qui voluit prædicatũ primum esse immediatum, ex quo statim sequi vr̃, q̃ conclusio. prima esse non possit, cũ mediata sit. Addit ex Themist. q̃ gñis p̃dicatio est censenda demr̃atiua, refertq; hoc ĩ loco Alex. opinionem a Themist. relatã, q̃ primũ conclusionis sit tunc, cũ conclusio demonstrata fuerit, ex p̃missis primis. Vos vero si vultis hęc apud Themist. latius videre, legatis ipsum 1. Post. cap. 12. & latius cap. 18. Quinto loco, Auer. D E F ꝓpriã sententiã in hoc negocio determinat, sed primũ ante oĩa supponit prædicatũ primũ differre a p̃dicato per se, id. n. colligit, ex Aristo. 1. Post. tex. 7. & 11. Quo stante, oñdit Alphar. nõ recte sentire: nã dum ait. primũ eẽ q̃ non prędicat̃ de gñe subiecti, tũc nõ differret primũ ab eo, q̃ ẽ per se, si per primũ intelligit ꝓximã p̃dicationẽ: nã oĩa hęc ꝓxime, & per se p̃dicant̃, definitio,

G genus, differentia, proprium, & accidens illud in cuius definitione ſumitur genus ſubiecti propinqui. Si vero per prædicatū primum voluit tam ꝓximum, quàm remotū, illud remotū vel tranſcendit genus artis, vel non. Et tūc cauſæ remotæ eſſent per ſe, quod eſt abſurdum: itē & accidentia, in quorum definitiōibus inuenitur genus ſubiecti ꝑ ſe inhererēt, quo poſito diuerſæ artes conſiderantes illa accīntia ꝑ ſe miſcerenē, poſſentq; trāſcen
H dere viciſſim, cuius oppoſitū hr̄ 1. Poſt. t. 20. Si vero illud remotum non tranſgreditur artis genus, certe, inquit Auer. dr̄ia, quę eſt inter per ſe, & primum, erit inutilis, & ocioſa: qm̄ conditio prima, cū per ſe ſit remota, tunc erit accidentalis: id patet, nā cū prædicatū affertur de ſubiecto magis cōi, vt habere tres de figura, vel riſibile eſſe de animali eſt prędicatio per accīs, & tamen
I hæc eſt prima ſm Alpharabiū, cū poſſit eſſe primū id, ꝙ remotū: nā hęc ſubiecta remota ſunt. ita q; concludit primū Alphara. non eſſe Ariſtotelicū. Accedit, ꝙ qñ prædicatū in plus ſe hēt, quàm ſubiectū, vt cū dr̄, æquila terus habet tres, hæc eſt prædicatio, quæ non prædicatur de genere ſubiecti, & tñ non eſt prima, quia nō eſt ꝑ ſe in rōne pro pria æquilateri, licet ſit per ſe in rōne cōi trianguli, nihilominus deberet hęc, ppō eē prima, ex definitione data ab Alphar., ꝑ qua materia, volo vos videre cōmē. K
L pliciter, deinde propter quid, & quia. Item neceſſariam eſſe cognitionem cauſæ, ex euentu, cū ob rationes dictas, tum ob loca in medium adducta. Poſtremo Auerro. Deo ipſi cognitionem, atque illuſtrationem huiuſcæ difficultatis, acceptam refert: quod facere etiam aliàs conſueuit, ac præſertim in difficilioribus quæſtionibus. idē & nos faciemus.

In VII. Quæſitum, Quo modo definitio ſit notior definito.

MIra profecto, ac penè īcredibilis eſt huius quæſiti, cum ſententiarum copia, tū authoris ſubtilitas. Auſim dicere ſententias numero fere æquales verbis effudiſſe Auerroym.
Cuius diſputationis primum occaſionem referemus, mox ad quæſiti dilucidationem properabimus. Cum enim definitio L
ſit inuenta, vt innoteſcat definitum, inde certa videtur illatione ſequi, definitionem eſſe notiorem definito: ex ea regula, ꝓpter quod vnumquodque tale, & illud magis, primo poſt. tex. 5. Accedit & Ariſt. & Auerr. primo phyſi. 5. vbi habetur definitionem diſtinguere id, quod totum definitum confuſe elargitur: quare omnino efficitur, notiorem extare definitionem. itē ſi definitum potentia eſt intelligibile, definitio vero actu eſt in
tellecta, definitio erit notior. nā M
actus eſt prima ratio intelligendi 9. met. tex. 20. potentia vero eſt ratio occultandi 2. met. cō. 1.
Prętęrea, definitiones ſunt de genere principiorū, non aūt definitę res, igitur definitio erit euidentior. Aſſumptum huius rationis eſt apud Ariſto. 1. Poſter. tex. 5. & 25. Poſtea, vera, ac abſoluta definitio tenetur diſſolue re ambiguitates, & difficultates quæ

A quæ contingunt in re definita, ex quarto phy. 31. itaque definito est clarior. Sed & illud in medium afferre possumus, perfectam definitionē complere, ac terminare omnia quæsita, quæ sunt necessaria, vt sciantur in rebus, quod voluit Auerr. quarto Cœli commēto 2. iccirco sequitur, vt definitio sit notior definito. Amplius definitio fit ex forma vniuersali, & propria, ex 2. Phy. commento 91. etenim genus est forma communis, & dif
B ferentia est forma propria, sed forma est actus, & actus est intelligendi origo, & principium, igitur definitio erit notior. Rursus, si definitio demonstratiua est apta dare causas accidentiū definiti, ex secundo de anima cō mento 26. 4. phy. 31. 1. de anima commē. 11. 4. cœli. 2. videtur omnino definitionē esse perspectiorem definito. Addatis & illud definitio est principium demonstrandi, 1. Poster. 22. & 2. Poste. 10. & apertius 1. de anima 11.
C quod autem est demonstrationis, & scientiæ principium debet esse certissimum, & notius his, quæ ab illo ducūtur, si itaq; definitum dūcitur a definitiōe, patet notiorem esse definitionē. Sub his, & ea ēt adduci pōt confirmatio, quæ ait, q̄ definitio est finis, tā cognitionis, quam rei, 5. Met. 22. sed finis prēcognoscitur in arte, ex 1. Ethi. igitur definitio erit notissima. Postremo, cū definitio duplici modo consideret, primum, vt est instrumentum D notificandi quicquam, quo modo logicus eam considerat, deinde, vt significat naturam rerū, quo modo a philosopho cognoscitur, ex 7. met. commen. 42. vtroq; vero modo notior est, qm̄ instrumentum notius est eo, q̄ per instrumētum efficitur. Hęc sunt, quæ pro altera parte adduci possunt: nūc ad reliquam partem, & quidem oppositam accedamus. Nam primum sic obīce re possumus. Si definitio potest interdum effici conclusio demō E strationis, & conclusio est res naturaliter occulta 2. Post. comm. 1. & in hoc eodem quæsito, non videtur semper definitionem esse notiorem definito. q̄ vero definitio efficiatur cōclusio demōstrationis est primum authoritas Arist. 1. post. tex. 22. deinde 2 Post. 10. Ad hoc pertinet & illud quod habetur 3. phy. 12. & 2. de anima eodē numero, vbi scribit definitionē ignotā egere syllo, quare hæc definitio non erit notior re definita. Amplius contin F git interdum ignorari genus, & dr̄iam, ex 4. phy. 6. vbi scribit illud præceptū, q̄ in tali casu primum venari oportet genus quā dr̄ias, cū vero definitio sit gen⁹, & dr̄iæ sit, iā vr̄ ipsā definitionē posse eē rē ignotā. itē si definitio nō eēt sæpenūero res ignota nobis, nō fuisset ab antiqs toties disputatum de via, qua venamur ipsam definitionem. quocirca optime referebat Auer, prīo de

aīa

G anima commento quinto voluisse Platonem, vt ignota definitio colligeretur diuisione, Hippocratem demonstratione, Aristotelem vero compositiõe, qđ etiam dixit Auer. de ipso Aristotele, sexto Met. commẽ. primo. Accedit, & Auer. 2. de anima 12 qui ait, non sufficere ad scientiã definitiones vniuersales vniuocas, tanto minus æquiuocas: qđ non diceret si definitio esset instrumentum clarum, & manifestum. & ob id scribitur secundo
H Met. commento 11. definitionẽ egere ad sui cõfirmationem via compositionis, & dissolutionis. immo addit, & demõstratione signi corroborari sexto Met. primo, primo de anima quinto, 4. physi. secundo. Ad hoc pertinet & illud, q̃ definitio, & definitum sunt vnum, septimo Met. 21. ob id sequi videtur si definitum sit ignotum, ignotam esse & definitionem, cui etiã respondet regula data septimo Met. 33. quæ dicit definitiones materie-
I rum accidentalium esse posteriores definito. Postremo, totũ est notius partibus, ex primo physi. quarto, & quinto tex. sed definitum est totum, definitio vero ex eius partibus procedit, itaq; definitum erit notius ipsa definitione. Hæc sunt, quæ occasionem dederunt præsenti quæsito, quorum omnium concordiam præstat, hæc quæ ĩ eo spargitur doctrina, sed vos primum aio concipiatis eam distinctionem, quæ vult, q̃ definitio naturaliter occulta syllogismo educatur, siue in declarando definitionem, & definitum esse, si vtrunque fuerit ignotum, siue in declarando, q̃ definitio, est definiti, quando definitum est manifestum per se, & definitio ignota, est autem ea distinctio tertio Phy. & secundo de anima commento 12. sed iam ad Auerroys quæsitum accedamus. Hic. n. primo loco distinguit sensum huius propositionis, quæ dicit, definitio est notior definito. L
Hæc enim potest intelligi quatuor modis: supposita prius distinctione trita, & communi de cognitione distincta, & confusa, quam habetis primo Poste. tex. 3. & 4. & ex procemio Arist. primi lib. physic. Primus sensus est; illius propositionis, q̃ conceptus definitionis confusus sit notior, quàm conceptus definiti confusus. Secundus conceptus partium definitionis distinctus est notior, quàm conceptus definiti distinctus. M Tertius, conceptus partium definitionis confusus est notior, quàm concept⁹ definiti distinctus. Quartus, conceptus partium definitionis distinctus est notior, quàm conceptus definiti confusus. Hæc sunt quæ in primo hoc ordine colligit, ut de his distinctam habeat considerationem. Secũdo loco, incipit Auer. circa iam dictam diuisionem discurrere. destruitq; primo loco, primum membrum

A brum propoſitæ diſtinctionis, quoniam illud non videtur habere locum, niſi velimus definire aliquod prius ſecundum eſſe, & ſecundum cognitionem, quo ad nos, per poſterius ſecundum eſſe, & cognitionem, v.g. dicas ſolem eſſe aſtrum lucens in die, hic, dies definit ſolem, quare idē per idem definitur, licet enim ſol ſit prius die, & dies poſterior ſole ſecundum naturam; tamen conceptus ſolis eſt permixtus neceſſario cum conceptu di-
B ei, & ſic idem per idem, & per conſequens efficitur vitium illd' ꝙ appellant petitionem principiꝫ. Tertio loco deſtruit ſecundum ſenſum, nam inquit, videtur ibi etiam petitio principiꝫ, ob eādem cauſam, vt prius. Sed eſt etiam abſurdum, ꝙ res habētes definitiones per ſe notas, notificarēt omnes definitiones ſuarum partium per ſe, quod non eſt dicendum, patet hoc, quoniā dicis conceptum partium definitionis diſtinctum, notiorem eſ-
C ſe conceptu definiti diſtincto: vtrobiꝙ enim accipis diſtinctā cognitionem. quare &c.

Quarto loco verificat tertium, & quartum ſenſum propoſitæ diſtinctionis, vultꝙ in illis duobus vltimis membris ſeruari debitum ordinem naturæ, quoniā inquit, partes compoſiti eſſe notiores compoſito, v.g. elementa homine, & literæ ſunt notiores ſyllabis, quare conceptus partium definitionis confuſus erit notior conceptu definiti diſtin- D
cto, cum definitio procedat, ex partibus, & definitum ſit quoddam totum vniuerſum, ex primo Phyſi. tex. 4. & 5. Addit, ꝙ qui intelligit, partes definitionis eſſe notiores definito, euitat petitionem principiꝫ, & ob id tertiū, & quartum membrum ſuperioris diuiſionis optima ſunt, & recte procedunt, datꝙ exemplum ſibi familiare de ſole, & die, dicens, ꝙ qui cognoſcit conceptū diſtinctum ſolis per conceptum confuſum diei, bene cognoſcit, E
quoniam procedit a noto ad ignotum, & hoc contingit ſi dicamus, tertium membrum dictæ partitionis. item ſi noueri-
mus conceptum confuſum definiti per conceptum diſtinctum definitionis (quod eſt quartum membrum) euitamus etiam petitionem principiꝫ, quoniam in hoc etiam ferimur a noto ad ignotum. Quamobrem concludit, ex quatuor membris duo poſtrema veritatem habere, &
F ordinem naturæ ſola continere, cætera vero, nil facere ad inſtitutum noſtrum, neꝙ ordinem ſeruare naturæ. Quinto loco, cū hæc Auer. expoſuerit, vertitur ad explicandum, quo modo cōceptus partium definitiōis, quæ notificant, & agunt conceptum definiti per ipſam definitionem ſit notior definitione, vel definito ſeorſum, vel etiam vtriſꝙ ſimul. Nam dilucidat vtrum talis cognitio ſit eo modo, quo

prę-

G præmiſſæ in ſyllogiſmo ſunt notiores concluſiõe, vel potius eo modo, quo partes dicuntur notiores toto, vel ſingularia ſuis vniuerſalibus. Sed in hac materia ponit nonnullas propoſitiões, in quibus tota huius rei reſolutio conſiſtit. Prima eſt, ꝙ conceptꝰ partium definitionis non ſe habet ad definitionem, vel definitum, eo modo, quo præmiſſę ad cõcluſionem: quoniam præmiſſæ ſunt naturaliter notæ; concluſio vero eſt naturaliter ignota.

H id autem non ſic ſe habet in definitione, ac definito, quoniã hæc ſunt naturaliter manifeſta. Secũda eſt propoſitio, ꝙ totum & pars ita ſe habent, & cum his partes definitionis, & definitio, ꝙ licet ambo ſint naturaliter nota, notitia tamen partium naturaliter prior eſt, cognitione totius: & idem eſt de ſingularibꝰ, quæ priora ſunt vniuerſalibus, quatenus illorum partes ſunt: & tamen illud vniuerſale, quod

I per ſingularia notificatur, non eſt natura ignotum, quod ex eo maxime patet, ꝙ inductio, ex particularibus colligit vniuerſalia, quę nõ ſunt naturaliter ignota, quoniam ignotum per naturam ſyllogiſmo tantum declaratur. Pro qua materia videre licet, ea, q̃ ſcripſit Auer. 1. phyſi. t. cõm. 3. 4. 5. & 1. Poſt. cõmen. 12. Item arguit ad idem, ſi cognitio agens conceptum formationis, hoc eſt definitionis, ita ſe hr̃et, quo mõ p̃miſſæ in ſyllo ad concluſionem, efficeretur in definitione petitio principiꝰ falſigraphi, eodem mõ, quo fit in verificatione, hoc eſt in aſſertione diſcurſiua, petitio principiꝰ ſophiſtica: qd̃ nemo ſanus dicit, quicquid voluerit Alphara. qui confundebat petitionẽ ĩ vtroq; gñe, qd̃ Auer. pbat ex his, q̃ Alphar. tranſtulit ex lib. Topic. ad lib. Elẽcorum. Sed de dr̃ia inter cõceptum definitionis, & p̃miſſarum in ſyllo, plura memini me dixiſſe ſuper commen. 1. 1. Poſt. quo in loco Auer. copioſiꝰ hanc L rem eſt perſecutus. Nũc autem dicit, ꝙ non fit petitio, ſi dixerimus, ꝙ conceptus agens formationem, & definitionem ſit paulo notior, quam conceptus definitionis, & definiti, quo modo dicimus nos. Si autẽ ſit petitio, non eſt vera, qualis illa eſt, quæ fit in diſcurſu, ac ſyllo, ſed eſt ſolum hoc modo, ꝙ formatio, & conceptus definitionis non dat nobis melius, quàm definitum, cum definitio, ac definitum idẽ M ſint. Et ob id dum taxamus definitionem ſolemus, vti hoc loco, qui apud Themiſtium (inquit Auerro.) eſt de genere locorum malorum definitionis: ſed apud Ariſtotelem eſt locus deſtructiuus definitionis. pro quo videte vos lib. 6. Topicorum. Tertia propoſitio eſt, ꝙ impoſſibile eſt ferri a re naturaliter nota ad rẽ naturaliter occultam, niſi per certificationem, hoc eſt aſſertionem, & verificationem, quàm

lati-

A Latini diſcurſiuã appellãt, Græci dicerent, ἀναστικὴν, illud autẽ fit ſyllogizando ipſum, quod erat ignotum ex noto. de quo ẽt rationem adducit Auer. 1. Poſt. commen. primo. Quòd ſi hoc eſt, & tu velis definitum eſſe naturaliter ignotum, & definitionem notum, oportebit demonſtrare, ꝙ ſint illa, quæ agunt definitionem, at hoc eſt abſurdũ, quoniam demonſtratio nõ dat partes definitionis, vt partes illius primo Poſter. commento 1.
B & etiam, quia demonſtratio nõ concludit id, quod eſt per ſe manifeſtum, ſed id, ꝙ per ſe eſt occultum, vt habet etiam Auer. 2. poſt. commento primo. Quarta propoſitio eſt, ꝙ ſi definitum fuerit ignotum, ſecundum eſſe, & ſecundum definitionẽ ſimul, tunc definitio dat res agentes, quod quid eſt, & cum hoc ipm eſſe, ſed opus eſt, vt illud quid, per demonſtrationem concludatur: citatq; in hoc Ariſto. authoritatem in 2. lib. poſter. hoc
C eſt a tex. 7. vſque ad 11. nam ſi dicam⁹, tonitruum eſſe ſonum nubis, per extinctionem ignis, in hac demonſtratione habebim⁹, ꝙ nubes tonat, & quid ſit tonitrus. Idem etiam habet Auer. in 8. quæſito, vbi exemplum proponit de eclipſi lunæ, eodẽ modo procedens. vos autem videte locum. Quinta propoſitio ẽ, cum definitum eſt notũ, & ignota eſt eius definitio, non poteſt eſſe, vt definitio det quid definiti, cauſam adde, quoniã ex igno D
to ad notum, non recte procedimus: item quia præter ſyllogiſmum daretur inſtrumẽtũ, quo concluderemus quæſitum natura occultum, quod eſt abſonũ.

Sexta propoſitio eſt, tunc definitio a nobis ſcita eſt cum de eatria ſcibilia nobis ſũt manifeſta: primum, ꝙ definitum ſit ens. ſecundum, ꝙ definitio inſit ꝺefinito. Tertium, ꝙ illa ſit definitio, ignorato autem vno horum, vel duobus, vel tribus, tunc, inquit, E
definitio eſt nobis ignota. Septima ꝓpõ eſt, cum definitio ẽ naturaliter ignota, ſyllogiſmo dẽt educi non aliter. Addit ẽt, ſi volumus cõcludere definitionẽ eẽ talis definiti, vel aliquã definitionẽ eẽ definitionẽ vtimur locis topicis, qui dicunt conſtruere definitionem, de quib⁹ Ariſt. copioſe diſſerit ĩ 6. lib. Top. Sũt itaq; tres modi ꝓbãdi definitionem, vel vbi ignotũ ẽ, ꝙ ipſa cõpetat definito tali, vel qñ ignoramus ipſam eẽ definitionem, vel F
vbi definitio ẽ ignota naturaliꝝ, & definitũ notũ. Primo, ac ſecũdo mõ topicè cõcludit, qꝺ inqt latuiſſe Themiſt. & Alphara. ac vltimo modo cõcludit ſyllo de mãtiuo, qm iã deductũ fuit, naturaliꝝ ignotũ non poſſe, niſi demãtione cõfirmari. Septimo ordine principali Auer. reuertit ad cõſiderationẽ de partib⁹ definitionis, & primũ q̃rit, quo mõ ſit audiẽdum partes definitiõis eſſe notiores definito, hoc eſt,

quo

G quo modo conceptus partium definitionis confusus, sit notior conceptu confuso definiti, an notior cõceptu distincto eiusdem definiti: cum iam fuerit concessum neutrum horum absurdũ esse. Vt id explicet, distinguit definitum, ac definitionem tribus modis. Primus est, quando definitum est ignotum quo ad esse, & quo ad definitionem. Secundus est, vbi definitum est notum, quo ad esse, sed ignotum, quo ad definitionem. Tertius
H est, cum definitum est notũ, quo ad esse, & quo ad definitionem.

Tunc ait, ꝙ demonstratio concludit, & esse, & definitionem, eorum, quæ habent vtrunque ignotum, hoc est, membrũ primum præcedentis diuisionis, nam demonstratio hoc potest facere, cum sit instrumentum notificans res ignotas, & præsertim eas, quæ natura ipsa ignotæ dicuntur. in quo casu, definitio, vel eius partes, non sunt notiores definito, cum vtrũq; ex alio
I possit demonstrari. Secundum vero membrum eiusdem diuisionis patet, ꝙ non infert definitionẽ, vel eius partes esse notiores definito, quoniam licet ĩ his definitio possit syllogismo concludi, tamen notius est definitũ, cum id sit, ex se manifestum, quàm sit definitio, quæ nota efficitur ex alio. Verificat & tertium membrum, ꝙ partes definitionis, & tota definitio sit notior definito, immo si qua pars sit ignota, definitio culpari so- K
let, & est vitiosa. Concludit tandem, quod primum membrum dictæ diuisionis sit id, quod ostẽdit eam definitionem, quæ sola debet demonstratiõe confirmari. Secundum vero, hoc nõ eget.

Tertium vero potest esse, sed vtilitatis, non necessitatis causa. Quibus constitutis infert, ꝙ in omni definitione necesse est, vt conceptus partium definitiõis agat definitionem eo mõ, quo etiam in syllogismo certitudo
L præmissarum agit certitudinem conclusionis: postea vult eam esse differentiam, ꝙ conceptus definitionis, & eius partium differant secũdum esse magis, vel minus notum, sed certitudo præmissarum in syllogismo est naturaliter nota, & certitudo conclusiõis nobis est naturaliter occulta. Octauo, ac vltimo loco differit Auer. de definitione relatiuorum, in quibus vult, ꝙ partes definitionis, & definitũ procedant secundum vnam, atq; eã
M dem rationem cognitionis: vult enim, ꝙ conceptus cõfusus partium definitionis, sit notior conceptu definitionis secum admixto, quemadmodum, inquit, conceptus confusus patris est notior conceptu distincto filĩ ĩ patre, sed in his relatiuis paucam esse dicit, vtilitatem harum definitionum, quoniam hæ præter nomen, non videntur maiorem afferre cognitionem. Præterea, inquit, nõ sequi, vt relatiua, & si

mutuo

A mutuo dicantur, aut referantur, cp sint circulo, & idem per idem omnino explicetur: quoniam licet pater sit filij, & filius patris, attamen relatio patris ad filium est vno modo, hoc est suppositionis, & relatio filij ad patrem est alio modo, nam ē relatio suppositionis, & ita definitio horū licet reciproca videatur, non est tamen, vt idem per idē definiatur: sed cp dicit hic Auer. expressius enunciabat in paraphrasi septimi Met. vbi scribit, relatiua,
B & si mutuo referuntur, non tamen circularem habent definitionem, ob causam hic relatam, non enim conuertuntur secundum eandem rationem: & iccirco non valet, si dixeris, pater sumitur in conceptu filij, filius sumitur in conceptu patris, ergo pater est in conceptu patris. ratio est, cp non sumuntur relatiua vicissim in definitionibus secundum eandem habitudinis rationem. Quibus positis, atcp explicatis reuertitur ad partes definiC tionis, & definitum, dicens, cp licet hæc videantur relatiua, & mutuo fieri, est tamen hæc differentia, cp relatio partium definitionis ad definitum, est relatio rationis, hoc est per intellectum facta, sed relatio rei ad aliud, vt patris ad filium, est extra intellectum, hoc est in re. Ad hoc pertinet trita illa distinctio de relatione reali, & rationis: de qua alibi mentio facta est. Hinc asserit nō esse petitionem principij in definitionibus relatiuorum, accidereD ret vero si definirentur mutuo, & vicissim, secundum eandem habitudinis rationem: quod ēt Auicenna confirmat, & alij plures. Postremo epilogans concludit, hactenus ostendisse, quo modo partes definitionis sint notiores definito, & quo modo aliquando notiores sint, ex necessitate, aliquando vtilioris doctrinæ causa, item quomodo possit in definitione fieri petitio principij, & quomodo non, redditcp gratias socijs suis, qui precibus E ita cōtenderunt, vt onus illi iniūxerint differendi in hoc negocio tam abstruso, & difficili, vultcp eos in hoc labore communicare, adiecta ratione subtili, cp promouentes alium, ad negocij munus explendum, partem habeāt laboris. Cumcp intelligat Auer. deum illi opem tulisse in hac disquisitione, gratias illi de more agit, laudibusqùe pijs eius nomen extollit, quod omnes decet facere, philosophos præsertim, F qui contemplationis indagine feliciores sunt vulgaribus, ac popularibus hominibus.

ARGVMENTVM
In VIII. Quæsitum, De definitione positione differente.

SIqua vnquam necessaria causa impulit Auerroem, vt quæstionem vtilem, & ad demonstrantem accommodatam, examinaret, pfecto hæc

G præsens summe necessaria mihi videtur. Nam cum difficillimus videatur Arist. in hoc negocio, tum etiam sibi contradictorius, iccirco digna res est, vt scia mus, quo modo demonstratio, & definitio solo situ differant: item, quæ sit ea demonstratio, quæ a definitione, & quæ sit ea definitio, quę a demonstratione sola positione euariat. Accedit, ꝙ Græci interpretes in hoc negocio parcissime sũt locuti, quo niam Eustrathius, & Philopo-
H nus nil aliud cognouerunt, quã definitionem educi per demonstrationem: item Themistius illud tantum dixisse videtur, demonstrationem, & definitionẽ minus minimo inter se differre. Hæc autem tam abstrusa, & cõcisa breuitas in causa fuit, vt Auer. hoc in loco proposuerit huiusce difficultatis dilucidationẽ.

Quæ autem Aristotelem obscuriorem effecerint, hæc sunt. Etenim, primo Post. tex. 22. &
I ꝯmento 64. scribitur triplicem esse definitionem, vnã quæ conclusio est, aliam quæ principium, & tertiam, quæ est demõstratio solo situ differens. quo in loco Auer. dicit, locum hunc eẽ difficillimæ considerationis: nã philosophus eo in loco, quæ sit hæc definitio non explicabat. Verum in secundo Post. tex. 10. agẽs de perfecta definitiõe, quæ dat quid est, & propter quid, eã vult a demonstratione solo situ differre, nam definitio dans solum quid, ea, inquit, est conclu- K
sio, quæ vero præstat propter quid solum, ea est principium, quæ vero vtrunque absoluit, est ipsamet demonstratio variata situ. Exemplum ibi assumit huiusmodi, si dicamus, tonitrũ esse sonum in nube, hæc definitio dat quid, & concludi potest. si dixeris, tonitrum esse extictionem ignis in nube, erit definitio dans propter quid, & hæc est principium. Quod si dixerim⁹ tonitrum esse sonum nubis, ob
extinctionem ignis in nube, tũc L
dat hæc definitio, quid, & propter quid, & est ipsamet demõstratio: hoc modo, dum extĩgui tur ignis in nube, fit son⁹ nubis, tonitrus fit dum extinguitur ignis in nube, itaꝙ tonitrus est sonus nubis. Quo in loco, fere omnes dicunt expositores, materialem definitionem concludi, formalem esse principium, aggregatum vero, ex vtraꝙ esse demonstrationem. Verum Cõ
mentator longe altius, ac erudi- M
tius in hoc quæsito id explicat, quod quidem a me non diuiditur, cum vna, ac perpetua sit sententia ab initio, vsꝙ ad finem. Nam, inquit, ex mente Aristotelis, ꝙ illa demonstratio, ex qua definitio educitur vocata solo situ differens, est demonstratio cuius medius potest esse causa in re, & extra rem. Cum enim causæ sint in duplici differentia, aliꝙ externæ, hoc est finis, & efficiẽs, aliæ internæ, quę concausæ etiã

di-

A dicuntur, vt habetur primo Poſte. commen. 34. & primo phy. commen. 1. & ſunt materia, & forma, ob id Auer. vult, ꝙ concludendo definitionem, ex vno genere cauſæ, per aliam, ex alio genere cauſæ ſumptam, ꝙ talis demonſtratio ſit definitio, ſolo ſitu differens, addit vero Auer. ꝙ hæc quatuor genera cauſarū ſunt illa, per quæ definitio omnis aſſignatur, dico omnis definitio, quæ componitur ex cau-
B ſis formalibus. nec debet quis dubitare de veritate huiꝰ dicti, nam licet dixerit definitionem poſſe fieri, ex quolibet genere cauſæ, & poſtea ſubiungat, ꝙ omnis definitio componitur ex formis, dico, ꝙ ipſe Auer. ſtatim ſeipſum declarat, dicens, omnē definitionem habere genus, qđ eſt forma communis, & differē tiam, quæ eſt forma propria: & idem voluit Auer. 2. phyſic. cō-men. 28. 92. & 7. Metaph. 43. ſed dicet, quis oppoſitam voluiſſe huic ſententiam 2. de anima cō-
C men. 8. & in Epith. logicis cap. de definitione, vbi ait, genus eſſe materiam, differentiam formam. at ſum aſſuetus dicere, ꝙ genus per ſe forma eſt, cum ſit notio cognita per intellectum, eſt tamen vice materiei, ob id, ꝙ res eſt communis, & adoēs ſpecies indifferens. Hoc conſtituto, infert, ꝙ cum mediꝰ terminus demonſtrationis fuerit quidditas, ac definitio rei, ex illo non concluditur definitio, niſi per accidens, hoc eſt, ſi fuerint D
a nobis conceſſæ duæ definitiones eiuſdem rei, tunc altera, per alteram concluditur, ſed ex accidenti, non per ſe: quoniam iam dixerat Ariſto. 2. Poſt. tex. 8. & commen. 37. 38. ꝙ in habentibꝰ diuerſas cauſas, diuerſæ poſſunt fieri definitiones, vt eſt ira, cuius materialis definitio, eſt feruor ſanguinis circa præcordia, finalis vero, ꝙ eſt appetitus vīdictę. in his igitur ſi altera hoc eſt materialis cōcludatur per finalem, E
concluditur ſyllogiſmo topico, qui eſt ſecundum accidens, non autem demonſtratiuo, qui eſt ꝙ ſe. & ſi quis dicat vnius rei non eſſe, niſi vnam definitionem, vel itꝙ hanc ipſam concludi, tunc opus erit in medio rurſus aſſumere definitionem, & erit petitio principiī, de qua Ariſto. mentionem facit 2. Poſt. tex. 3. & cō men. 20. vos autem videte exēplum, quod Auerr. deſumit, ex tex. citato. Quōd ſi concludamus definitionem per cauſam F
mediam extra quidditatē, vult hāc eſſe per ſe demonſtrationē, non autem, ex accidente, & talis demonſtratio eſt definitio ſolo ſitu differens. Exemplum ſit vobis, illius demonſtrationis, in qua concluditur riſibilitatem eſſe aptitudinem naturalem hominis, per animal ratiōale mortale: nam aptitudo illa, &c. eſt definitio riſibilitatis: medius vero eſt animal rationale, quod eſt cauſa illius definitiōis. & ſic

G euitamus petitionem principij, neque concedimus eiuſdem rei duas eſſe definitiones. nam definitio per definitionem non concluditur, immo potius definitio per cauſam. & ſi quis dicat, nonne in hoc exemplo nuperrime aſſignato, medius eſt etiam definitio? hoc eſt, animal rationale: reſpondet Auer. ꝙ poteſt eſſe definitio dum ſub forma oratiõis profertur, verum vt eſt medius, accipitur vti cauſa eſt, non vti definitio. Præterea, ſi vultis hãc
H diſtinctionem latius, legatis Auer. ſecundo Poſter. commento 37. & 42. Addit deinde, ꝙ ea definitio, quæ cõcluditur eſt imperfecta, & ea etiam, quæ cauſa media eſt, dici poteſt definitio imperfecta, quæ vero, ex vtraque perficitur, perfecta eſt definitio, & hæc eſt demonſtratio ſola poſitione differens. Sed hãc demonſtrationem ita diuidit, vt aliam ſimpliciter appellet, aliã propter quid, aliam vero vtriuſque ex eis conſtantem: quod
I vult eſſe intelligendum, ſiue hæ demonſtrationes ſint de re ignota ſecundum eſſe, & nota ſecundum definitionem: ſiue potius vtrumque fuerit ignotum, hoc eſt rei eſſe, & definitio: idq; biſariam, aut ſimpliciter, aut aliquo modo tantum. Affert & Auer. exemplum de ea demonſtratione, quę eſt de eo, quod ignotum eſt, non quidem ſimpliciter, ſed aliqua ex parte tantum, de lunę eclipſi. Etenim defectus eſt res cognita, ꝙ lunæ inſit, cum tamẽ K
ignota ſit, quo ad ſui definitionem. & ratio eſt, ea, ꝙ a multis cauſis eius lumen deficere poteſt. Componit autem hanc ipſam demonſtrationem in forma ſyllogiſtica hoc pacto, ob terræ interuentum fit priuatio luminis ſolis in luna, lunæ defectus eſt interuentus terræ, igitur defectus lunæ eſt priuatio luminis ſolis in luna. Ecce, ꝙ concluſio eſt definitio quædam lunæ defectus: imperfecta tamen, vt
L videtis. item quæ in medio eſt cauſa, cauſa eſt externa, hoc eſt efficiens, ſi vero paulo mutaueri mus ordinem terminorum, inde efficitur perfecta definitio ſolo ſitu differens, nempe, quæ dicit, lunæ defectus eſt priuatio luminis ſolis in luna, ob terræ interuentum. Vtrum autem hæc ſit demonſtratio ſimpliciter dicta nec ne, determinat ipſam eſſe huiuſmodi, ea ratione, quoniam præſtat duo quæſita, hoc eſt eſſe rei, & propter quid. id. n.
M maxime eſſe proprium demonſtrationis potiſſimæ voluit primo phyſic. in proœmio, primo poſt. 7. 8. 95. & in Epith. logi. ca. de demonſtratione. nam ſi quis non viderit lunæ defectum, hac demonſtratione diſcet, lunam ipſam deficere, & a qua cauſa id fiat. Hic vero non concedimus duas definitiones eiuſdem rei eſſe, quoniam concludimus definitionem eclypſis per ſuam cauſam, non per ſui definitionem:

A & per conſequens euitamus petitionem. concedit tamen, illam cauſam mediam poſſe extra demonſtrationẽ ſumere poſſe formam definitionis ſi per orationem ita pronuncietur, eclipſis eſt terræ interpoſitio: at hæc definitio, vt medium eſt, non definitio eſt, ſed cauſa, nam hæc idem ſunt re, ſed ratione differunt. Poſtremo Auerr. laudes canit, huius demonſtrationis, quæ definitio eſt potentia, hoc eſt, quæ a definitione ipſa min⁹
B minimo differt: idque facit, vt habeat hanc nobiliſſimam eſſe aliarum, commodiſſimam, & veluti metrum cæterarum omnium: vult enim nomen demonſtrationis dici æquiuoce de hac & de alijs ſpeciebus, vos autem non hoc intelligetis ſecundum rigorem verbi, ne ſit ſibi ipſi Auer. contradictorius. Nam æquiuocum pro analogo audiẽdum eſt, cum primo Poſt. commento 95. expreſſe dixerit demõſtra
C tionem dici ſecundum prius, & poſterius. Ad hæc, illud etiã explicat, non eſſe ſimpliciter demonſtrationem illam, cuius medius eſt definitio, vel pars definitionis, dico pars, vt ſi quis demonſtraret genus per differentiam, verbi gratia, animal de homine, ex rationali. id autem de definitione intelligetis, ꝙ non ſit medium, vti definitio eſt, ſed vti cauſa eſt, & hoc ait, ne fiat petitio principij, vt ſuperius deduxerat. At hoc in loco videbitur forte ſibi Auer. aduerſari D cum eo, ꝙ dixerat, primo poſte. commento 35. vbi primum, & ſecundum modum dicendi per ſe voluit ad demonſtrationem potiſſimam ſpectare, primus autem modus forma eſt medij, igitur medius erit cauſa interna & formalis, non autem cauſa extra quidditatem, hoc eſt, vel efficiens, vel finis, vt hoc in loco exiſtimat. Hæc difficultas licet longiori ſermone a nobis dimota fuerit in noſtris lectionibus ordinarijs primi lib. Poſt. tex. 9. E & commento 30. tamen breuibus, in præſentia dicere poſſumus, formam ſubſtantialem eſſe cauſam accidentis proprij, externam: nam rationalitas hominis, quæ eius forma eſt, eadem eſt efficiens quoddam riſibilitatis, non forma, cum ex ſeptimo diuinæ philoſophiæ, paſſio non poſſit formali definitione finiri, ob id, ꝙ caret genere: genus enĩ paſſionum non datur. Itaque cum in hac demonſtratione, quæ ſolo ſitu differt, demonſtre F tur materialis definitio accidentis proprij, nempe priuatio luminis ſolis in luna, de ipſo lunæ defectu, neceſſe eſt, vt medi⁹ terminus non ſit forma, & cauſa interna, ſed cauſa externa, quæ elargitur propter quid: & ſi dicat quis, cauſam externam conſtituere quartum modum per ſe, quem Auer. remouet a perfecta demonſtratione, vt conſtat primo poſt, commento 34. & 35

G dicetis, ꝙ ibi cauſa externa accipitur, quæ non conuertitur: at hic volumus eam externã, quæ & conuertitur, & adeo perfecta eſt, vt in his, quæ formam non habent, pro formali ratione ſumatur: eam autem vocat Auer. externam coexiſtentem primo Poſt. commento 35. datque exẽplum de terræ interpoſitione in lunæ eclipſi. Ad rem itaque dicimus, medium non accipi, vt cauſa ĩterna eſt & formalis, ſed vti externa accidentium, & paſ-
H ſionum, quæ demonſtrantur, ſed cauſam externam intelligimus illam, quæ eſt etiam forma ſubiecti, vt rationalitas eſt cauſa externa riſibilitatis, & eadem eſt hominis forma: vel quę pro forma rei accipitur, vbi forma non eſt, vel etiam nos latet, vti in caſu de defectu luminis, de tonitruo, decꝫ alĩs, quorum definitiones per cauſam demonſtratur, vt inde perfecta definitio ſolo ſitu differens, educatur. Tan-
I dem Auer. quæſiti huius diſputationi finem imponit: oſtẽditqꝫ ſe de his in 2. lib. Poſte. ample dixiſſe, nec non velle huic vltimæ determinationi nos acquieſcere, quam licet ſeram propoſuerit, maiori tamen iudicio, & ratione ductus, hoc nobis reliquit de mente Ariſt. eſſe tenendum: preſertim cum Alpharab. nihil, quod rationi conſonum videatur, attulerit, & pro huius cognitionis munere, Deo laudes de more ſubſcribit.

ARGVMENTVM K

In Quæſitum IX. An definitio ſit particularis, vel vniuerſalis tantum.

OCcaſio præſentis q̃ſiti hæc eſt. Nã Ariſt. 3. lib. de aĩa 26. ſcribit definitionẽ, quã quod quid eſt eſſe appellat, obiectum eſſe humani intellectus, cum autem ĩtellectus cognitio, rei ſit vniuerſalis, ſiue formæ, & notionis communis, inde efficitur, definitionem eſſe vl'em, hoc L
eſt ſubiecti, & rei communis. Amplius Auer. 2. phy. cõm. 28. & 91. 7. met. 43. definitionem voluit conſtare duplici forma, altera communi, quæ genus eſt, & altera propria, quę dr̃ia eſt, ſed vtraqꝫ harum eſt forma, & notio, itaqꝫ definitio vr̃is erit. Accedit, ꝙ Ariſt. voluit primo Poſte. tex. 9. & Auer. commen. 30. definitionem eſſe in primo modo dicendi per ſe: cum vero particularia, & indiuidua per ſe eſſe
M non poſſint, concluditur definitionem non poſſe dici particularem, neqꝫ ſingularium, ſed vniuerſalem. Item primo Topic. cap. quarto, & ſeptimo cap. ſecundo definitio conſtat genere, & dr̃ia, hęc vero ſunt prædicata communia pluribus, iccirco definitio erit res communis. Idem voluit Ariſto. 2. poſte. à text. 17. vſqꝫ ad 23. in qua parte docet venari definitionem, per inuentionem generum, & differentiarũ,

vſqꝫ

A vsq; ad speciem indiuiduã, hoc est specialissimam. Ad hęc pertinet, quod etiam dicitur primo Poste. tex. 22. vbi scribitur, definitionem non posse esse particularium, neque corruptibilium, quoniam omnis definitio, aut est principium demonstratiõis, aut conclusio, aut demonstratio sola differens positione: demonstratio vero non est particularium, neq; corruptibilium, quare nec ipsa definitio. Item Porphirius in libello, v. Vocum, in
B procœmio, testatur librum illũ vtilem extare ad definitionem colligendam, constat autem illum de communibus, & vniuersalibus tantum vocibus agere, ob id definitio erit vniuersalis. Sed apertius Hammonius in eodem libro cap. de Specie, explicans illa verba, descendentibus a generalissimis ad specialissima Plato in specie specialissima oportere quiescere, quoniam in diuidua infinita sunt, neq; eorũ fieri potest certa scientia, eam re
C fert rationem, q̃ indiuidua, neq; demonstrari, neq; definiri possunt, cum infinita sint, ex quib⁹ constat definitionem, esse vniuersalium, quoniam hæc finita, & terminata sunt. Præterea inibi vult Porphirius, indiuidua esse infinita, finitas vero species, nam, vt omnes eo in loco dicũt, species constituuntur differentijs essentialibus, indiuidua vero proprietatibus accidentalibus, sed proprietates accidentales non ingrediuntur veram, & exD quisitam definitionem, sed substantiales differẽtiæ, itaq; quod definitur erit vniuersale, nõ particulare. similiter, perspicua est Aristo. sententia 2. Poster. tex. 1. quæsita esse æqualia nũero his, quæ verè a nobis sciuntur. inter quæsita illud est, quod dicitur, quid est, & est ipsa definitio, igitur definitio, erit quæsitum vere scibile: quæ vere sciuntur vniuersalia, definitio ergo vniuersalis. Amplius definitio sumitur ab aliquo genere quatuor causaE rũ, causæ veræ sunt vles primo Post. tex. 43. itaq; d̃finitio ẽ vlis.

Cum his est, & locus 1. Poster. tex. 5. vbi Arist. agens de principijs immediatis, quibus demõstratio cõficitur, ea vocat dignitatem, positionem, suppositionem, & definitionem. Si itaq; definitio est principium, necesse est ipsam esse vniuersalem, non particularem. Sed idẽ habetur expressius primo Post. tex. commen. 81. vbi separãs Arist. definiF tionem a suppositione, vult suppositionem posse dici particularem vel vniuersalem, definitio vero non ita est, qm̃ semper est vlis. n. Auerro. textus legit: licet Boethij translatio legat neutrũ horum: de qua re, in lectionib⁹ nostris, ample disseruimus. At 1. Post. tex. 31. ostendens Arist. definitionem non posse concludi, nisi in prima figura, inquit, secunda semper negationem concludit, tertia particulare, itaq; cũ

G definitio ſit vniuerſalis, & affirmatiua, non niſi in prima figura concludi poterit. & cõſimilem videte locũ 2. Poſt. tex. ſecũdo. Item ſi definitio, & definitum ſunt vnum 7. met. tex. commen. 21. definitum autem eſt ſpecies, vt ibidem colligitur, & ſecundo poſt. tex. 22. patet definitionem eſſe vniuerſalem. Præterea definitio, & demonſtratio ſunt neceſſariarum rerum 7. meta. tex. commenti 53. indiuidua non neceſſaria ſunt, ſed contingẽtia, cũ
H habeant eſſe per differentias accidentales, itaq; de his ſciẽtia nulla erit, quare nec definitio. Accedit, qꝓ definitio eſt eorum, quæ permanent ſemper eadem, atqꝫ hæc ſunt vniuerſalia non particularia, vt in eodem 53. colligitur. & ſi quis dicat, dari ſingularia æterna, quæ ſemper eadem ſunt, huic Auer. reſpõdet 7. met. commen. 55. nam ſol, vt hic ſol non definitur, hoc eſt vti ſingulare eſt, ſed vt ſol, hoc eſt, vti eſt ſpecies: immo, qui definit ſingu
I laria æterna, quatenus ſingularia ſunt, decipitur, cum de indiuiduis illis non prædicetur aliquid vniuerſale primum, etenim primo poſter. text. 12. non eſt demõſtratio vniuerſalis, quę fit de indiuiduo vnico ſub ſpecie, dum demonſtratur paſſio illius, vt ſingulare eſt. & hanc ob cauſam Ariſt. ſeptimo met. tex. 53. aduerſatur Platoni, dicenti, ideas eſſe, nam, inquit, ſi darent eſſent definiendæ, vti ſingulares formę, ſunt enim extra animam K
ſingulares, & abſtractæ. Ex his concluditur, definitionem eſſe vniuerſalem.

Auerr. itaque, vt iam ad quæſiti explicationem deueniamus, ob ea, quę dicta ſunt, partim ex philoſophiæ commentarijs, partim ex logicis explicationibus deſumpta, in hoc loco quæſtionẽ format huiuſmodi, nunquid definitio ſit particularis, vel vniuerſalis tantum. Primum autem argumentatur, definitionem non poſſe dici particularem, idque L
oſtendit duplici ratione: prima eſt, ſi definitio eſſet particularis, particulare eſſet natura communis pluribus, hoc autem eſt abſurdum, quoniam pluribus in locis dictum fuit particulare dici de vno tantum, & loca ſunt, ex Porph. cap. de genere, & ca. de ſpecie: ex Ariſt. in anteprædicamentis cap. de his, quæ ſunt, & cap. de ſubſtãtia, item ex lib. Periherm. Sectione ſecunda, & lib. primo Priorum, ſect. ſecun-
M da cap. de copia propoſitionũ, ac demum 1. lib. Poſt. tex. 9.

Sed conſequentiam nõ roborat Auer. vos aũt ſic deducatis. qa dicis definitionẽ eẽ particularẽ, cũ definitio verificet de oĩb⁹ cõtentis ſub definito, iã neceſſe eſt ipſam definitionẽ eẽ cõem plurib⁹, verũ ſi definitio erit pticularis, efficiet pticulare eẽ cõe. Secũda rõ ad eandẽ cõcluſionẽ ẽ, qꝓ ſi ðfinitio erit pticularis, ſingulare diuideretur ĩ ſingularia.

id

A id autem eſt abſurdum, quoniã expoſitum eſt in libello Quinq; vocum, ſolas ſpecies diuidi in ſingularia, non autem ſingulare ipſum. Præterea in infinitum procederemus. Illatio vero ſic ab Auerroe deducta eſt, quia dicis definitionem eſſe particularem, quod autem definitur eſt ſpecies vna, cum pluralitate indiuiduorum, itaq; ſingulare in ſingularia diuidetur. His iactis, ſecundo loco Auerr. probat oppoſitam partem, nempe definiB tionem poſſe eſſe particularem vel rei particularis. idq; adſtruit ratione huiuſmodi. Si enim ſingulare, non definitur, ſingulare non differet ab vniuerſali, item ſingulare non p̃dicabitur in q̃d de ſuis ſuppoſitis: vtrumque vero eſt falſum, quare et id ex quo ſequitur. Conſequentis falſitatem ex eo inferre poſſumus, q̃ ea differunt quæ ex natura rei ſunt diuerſa: porrò ex natura rei diuerſa ſunt, ſingulare, & vniuerſale, vnde Ariſto. in lib. PeC riherm. ſectione ſecunda, res diſtinguit per oppoſitas differentias, quæ ſunt vniuerſale & particulare, & idem habetur in Anteprædicamẽtis item falſum eſt dicere ſingulare non prædicari in eo quod quid eſt, cum ſit verum dicere, quid eſt Socrates? eſt ſingulare, & ſic de cęteris hominibus. Illationem vero principalem ſic reducimus. Nam quia dicis definitionem nõ poſſe eſſe particularem, ſequit̃ particulare non eſſe diffinibile, at D omne quod ab alio diſtinguitur per ſuam diſtinguitur definitionem, igitur particulare cũ non definiatur, non etiam diſtingue tur à re vniuerſali. Item cum definitio ſit idem cum eo quod dicitur qnod quid eſt, aut ſaltem ſola differunt ratione, ſequitur ſi ſingulare non. definitur, ipſum non habere quod quid eſt, quare nec prædicabitur de ſuis ſuppoſitis, quod eẽ falſum iam demonſtratum eſt. Si vero quis dicat, ſingulare eſſe nomen ęqE uocum, & ex hoc velit difficultatem euadere, protinus hunc deridet Auerr. quoniam æquiuoci, inquit, non eſſe definitionẽ neque deſcriptionem: id autem intelligendum eſt de æquiuoco vero, ac ſimpliciter dicto, non autem de eo, quod analogũ vocant, nam id definiri poſſe in p̃cedentibus quęſitis determinatum fuit. Soluit Commentator, & vt ſui moris eſt in diſſoluendis rationibus difficilioribus p̃F poſitiones primum colligit, deinde reſponſionem ad argumenta vult eſſe intelligendam. prima eſt, q̃ rei ſingulari poteſt aſſignari certa quædam attributio rei communis, hoc eſt priuatio communitatis, quæ propria eſt vniuerſalium. Secunda eſt, quòd hæc attributio nõ eſt res poſitiua ſed priuatiua. Tertia, ex hac attributione priuatiua ſingulare definiri poteſt, non autẽ ex aliquo prædicato, quod

dicatur

G dicatur de pluribus. Quarta est, singulare, vti habet priuatiuam illam attributionem, quæ est priuatio communitatis, potest mouere intellectum, & definitur vti vero res est extra animã non mouet, immo est simpliciter singulare, & sic non definitur. Quinta est, errat, qui dicit omne id, cuius est definitio, id etiam esse vniuersale, non autẽ decipitur qui dicit, omne id cuius est definitio, dicitur commune. Sexta, commune habet duas H species, hoc est vniuersale, & priuationem vniuersalis. Ex his colligit, singulare vt singulare non communicari alteri singulari, & præsertim vbi singulare est Ens extra animam, nam si id fieret, esset vniuersale, quod est absurdum. cõueniunt tamen omnia singularia inter se in hoc communi, quòd habent priuationem vniuersalitatis. Primo modo non cognoscitur singulare ab intellectu, nec definitur. Secundo vero modo potest definiri, quæ est solutio per distinctionem, concilians argumenta in oppositum adducta. K L

FINIS.

INDEX RERVM OMNIVM, QVAE VTILIO-res nobis videbantur ex ſingulis commentis deſumptus, & ex Tomitani lectionibus collectus. In primum, & ſecundum librum Magnę Commentationis Auerrois, in Poſteriora Reſolutoria.

OMNIS doctrina, & diſciplina diſcurſiua fit ex præcognitis. Primo Poſte. cõmento Primo.

Propoſitio illa, oĩs doctrina &c. cõtinet ſub ſuo ſubiecto quæcunque in hoc libro traduntur, ſub prædicato uero compræhendit omnes ſpecies quæſitorum, ex Alpharabij ſententia. B

Propõ illa, omnis doctrina etc. continet ſub ſe cognitionem omnem aſſertiuam, non aũt definitionẽ contra Alph. 1. Poſte. cõ. primo.

Propõ illa, omnis doctrina etc. non competit artibus operatiuis & ſordidis, quæ artes factiuæ et mæ canicæ dicuntur aduerſus Themiſtium. 1. Poſte. com. 1. C

Partes definitionis cũ fuerint notæ per ſe aut per ſyllm, inde efficitur nota definitio. 1. Poſte. c. 1.

Definitio cũ ẽ modice ignota eget diuiſione & cõpoſitione ut fiat nota. 1. Poſt. cõ. 1.

Definitionis nõ eſt demonſtratio, qũo ſit intelligendum, uide. cõ. 1.

Partes definitionis largiũtur definitionẽ, nõ eo modo quo per ſe notum dat per ſe ignotum. cõ. 1.

Partes definitionis concluduntur per demonſtrationẽ, eo mõ, quo ignotum p ſe concluditur ex per ſe noto. cõ. 1.

Inquiſitio eſt interdum res ambiẽs inductionem & ſyllogiſmum. cõmento. 1. E

Subiectum artis dicitur trifariã, nam uel præcognoſcitur eius eẽ, uel quid eius nomen ſignificet, uel utrumq;. com. 2.

Præcognitiones quid & quod primum audiendæ ſunt de præmiſſis. 2. de ſubiectis ac poſtremo de quæſitis, id latuit Them. com. 2.

Cognitio præmiſſarũ, eſt cognitio concluſionis in potentia non in actu. com. 3. F

Reminiſcẽtia ẽ cognitio quæ actu præfuit. com. 3.

Res particulares dum latent ſenſum, & ſubintrant rem uniuerſalem notam, abſque ulla præcognitione diſcuntur. com. 3.

Singularia nõ prædicantur de aliqua re: id quomodo ſit audiendum, uide com. 4.

Scire

G Scire & ignorare licet contraria ſint, tamen alia atque alia ratione ſumpta ſe ſe cõpatiũtur. c. 4.
Sophiſtarum Cauillũ, quo ſcire tollebant, quo mõ intelligẽdũ. c. 4.
Cur tacuit Ariſt. Cauillũ Menonis quo ille, ſcire negabat. com. 5.
Quæſitũ naturaliter ignotum non põt fieri actu cognitũ, ſed eſt potentia ſcibile. com. 5.
Scire ab Ariſt. definitũ eſt de conditionibus præmiſſarũ demõſtra
H tionis ſimpliciter, quæ primo intenta eſt in hoc libro. c. 7.
Scire ab Ariſt. definitum non comprehendit ſub ſe demonſtrationem ſigni. com. 7.
Conſtare ex præmiſſis ueridicis, ſeparat demonſtrationem à ſyllogiſmo dialectico. cõ. 8.
Medius terminus in demonſtratione ſimpliciter, debet eẽ cauſa ut
I res ſit, et noſtræ ſcientiæ, hoc eſt eſſendi & inferendi, id autẽ non eſſe in demonſtratione, quia uel etiam propter quid, uide. cõ. 8.
Demonſtratio ſimplex eſt primo ac principaliter demonſtratio, quæ alijs non eget & quæ præmiſſis naturaliter primis cõſtat, cæteræ uero demonſtrationes ſecundario ſunt dicendæ demõſtrationes, et ſunt illæ quæ compoſitæ appellantur, hoc eſt, quarum præmiſſæ immediatæ non ſunt, K
ſed ad ĩmediatas referũtur. c. 10
Medius terminus in demonſtratione ſimpliciter, non põt eſſe cauſa amborũ extremorũ, hoc eſt, ſubiecti & prædicati, itẽ nõ ſubiecti tantum ut uoluit Alpha. nõ ẽt cauſa ut maius inſit minori ſolũ ut uoluit Auicenna, ſed eſt cã maioris ſecundi eius eſſe, & ut maius inſit minori. com. 11.
Cauſæ ſunt notiores apud naturã, L
compoſitis. com. 12.
Senſata non ſunt cõparanda intellectis. com. 12.
Natura non omnino cognoſcit ſenſata. com. 12.
Conceptus compoſitorum ſunt notiores nobis, conceptibus ſuarum cauſarum, ſed apud naturam res contra ſe habet, hæc. n. primũ cõgnoſcit cauſas quã cõpoſita. c. 12
Res uniuerſales, quæ ſunt multorũ, ſunt notiores apud nos. c. 12. M
Nomen præmiſſæ, eſt nomen dictũ per comparationẽ ad aliud, nempe ad ſyllogiſmum cõ. 13.
Enuntiatio, præmiſſa, & quæſitũ, idem ſunt re. atq; ſubiecto, ſed rãtione inter ſe differunt, & conſideratione. differentiã uide. c. 13.
Licet deſcribere aliquid per enumerationem ſuarum ſpecierum, quo mõ id uerum ſit, uide ex Ariſtotelis

A ſtotelis deſcriptione.com.13.
Non dari medium inter contradictoria,& ẽt inter contraria,ubi proprie accipiuntur,uide cõ.13.
Cõtraria uidentur ptinere ad demonſtrantem, contradictoria ad Topicum, qua ratione id ſit audiendum.quære in com. 13.
Dignitas eſt cognitio innata addiſcenti.com. 14.
Poſitio continet ſub ſe aſſertionẽ & conceptionem:c.14.
B Definitio non dicit aliquid alicui ineſſe, niſi per accidens.c.14.
Quicquid eſt cauſa eſſendi aliquã rem,ſm aliquam denominationẽ uel ſimpliciter, illud eſt dignius talis eſſe.com.15.
Impoßibile eſt, ut ſcĩa de re ignota,ſit melior,ſcĩa rei naturaliter notæ,immo neq; æqualis eẽ põt. Erit itaq; ſcĩa noti,melior et maior ſcĩa ignoti. com.16.
